

# BRESLAUER
# PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER,

PROFESSOR DER CLASSISCHEN PHILOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU.

SIEBENTER BAND.

ERSTES HEFT.

---

# DE ORACULIS CHALDAICIS.

SCRIPSIT

GUILELMUS KROLL.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER (M. & H. MARCUS.)
1894.

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE ORACULIS CHALDAICIS.

SCRIPSIT

GUILELMUS KROLL.

VRATISLAVIAE.
APUD GUILELMUM KOEBNER (M. ET H. MARCUS.)
1894.

Digitized by Google

PARENTIBUS CARISSIMIS

SACRUM.

Digitized by Google

General lib,
9-6-45

# Praefatio.

Oracula quae vocant Chaldaica omnia primus edidit ex editionibus codicibusque corrasa Franciscus Patricius Zoroastris nomine imposito [1]) (Zoroaster et eius CCCXX oracula chaldaica, Ferrariae 1591); quam collectionem repetiverunt recentiores ad unum omnes (Fabricius bibl. I 310 s.), donec denuo laborem suscepit Taylorus non minus quam Patricius arcanam reconditamque sapientiam eis contineri opinatus (classical journal XVI. XVII. 1818). Huius stultitiam ita irrisit Lobeckius (Aglaoph. 93 ss.), ut quicquam adicere non iam oporteat, et multis egregie adnotatis nova reliquiarum editione opus esse dixit (p. 107 [1]); cuius prodromum dedit Thilo multis de rebus non sine acumine

[1]) Hunc errorem primum deprehendo apud Plethonem; antiqui magorum archegeten cum his oraculis nunquam coniunxerunt, quamvis multa ferrentur Zoroastrea: Hermipp. ap. Plin. 30,4. Colotes ap. Procl. in remp. 59,31 S. Porph. vit. Plot. 16. pap. Leid. W 202,29 D. Nicomachi fr. in theol. ar. 42 s. mihi monstrat Freudenthalius: ἢ μᾶλλον (Ἀγελεία dicitur Minerva), ὃ καὶ Πυθαγορικώτερον, ἐπειδὴ καὶ Βαβυλωνίων οἱ δοκιμώτατοι καὶ Ὀστάνης καὶ Ζωροάστρης ἀγέλας κυρίως καλοῦσι τὰς ἀστρικὰς σφαίρας ἤτοι παρ' ὅσον τελείως (scr. λείως) ἄγονται περὶ τὸ κέντρον μόναι (κινούμεναι?) ⟨ἢ⟩ παρὰ τὰ σωματικὰ μεγέθη, ἢ ἀπὸ τοῦ συνδεσμοί πως καὶ συναγωγαὶ χρηματίζειν δογματίζεσθαι (?) παρ' αὐτῶν τῶν φυσικῶν λόγων, ἃς ἀγέλους κατὰ τὰ αὐτὰ καλοῦσιν ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις, κατὰ παρέμπτωσιν δὲ τοῦ γ ἐφθαρμένως ἀγγέλους. διὸ καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην τούτων τῶν ἀγγέλων (scr. ἀγελῶν) ἐξάρχοντας ἀστέρας καὶ δαίμονας ὁμοίως ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους προσαγορεύεσθαι, οἵπερ εἰσὶν ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν, ὥστε ἀγγελία (scr. Ἀγελεία) κατὰ τοῦτο ἐτυμώτατα ἡ ἑβδομάς. Cf. p. 9 s. Picum qui in libris chaldaicis haec se invenisse gloriatus esset (opp. I 367 Bas.): „Zoroastris et Melchiar magorum oracula, in quibus et illa quoque quae apud Graecos mendosa et mutila circumferuntur, leguntur integra et absoluta,“ integra ea oracula habuisse credebant posteri (Patric. f. 4ᵛa), „enarrationes in eloquia sacra“ eum reliquisse imperfectas, sic tamen conscriptas „ut vix ab eo legi possent“ narrat Ficinus (Pici opp. I 406). Mentione dignum est Patricio Zoroastrem visum esse „catholicae fidei omnium primum etiamsi rudia fere iecisse fundamenta.“



Digitized by Google

iudicans, sed nimiam Platonicorum interpretationibus fidem habens (de coelo empyreo I. II. III. Halis 1839/40. comm. ad Synes. hymn. II 1—24 et II 22—24, Halis 1843). Iacuit deinde ut Platonicorum sic oraculorum studium. Quae cum accurata disquisitione digna esse viderem, in praecepta, originem, aetatem eorum inquirere institui. Novam reliquiarum subnectere editionem volebam; sed magis magisque intellexi me infirmo niti fundamento, neglegentibus librorum Platonicorum plerorumque editionibus.[1] Omnia tamen fragmenta, sive iure sive iniuria huc relata sunt, argumentationi inserturus sum addito apparatu critico, qui quidem necessarius esse videretur. Sed antea de fontibus paucis exponendum videtur.

## Caput primum.

### De oraculorum Chaldaicorum fontibus.

Praeter vastos Platonicorum libros discerpta carminis membra passim exhibentes quinque, quod sciam, supersunt aetatis Byzantinae libelli ad Chaldaeorum praecepta pertinentes.

Πρόκλου ἐκ τῆς Χαλδαϊκῆς φιλοσοφίας capita quinque e codice Vatic. 1026 bomb. saec. XIV qui unus extare videtur primus edidit Pitra anal. sacra et class. V 2 (1888) 192 ss., post eum anecdoton se publicare ratus A. Iahn Halis 1891 (cf. neue phil. Rundschau 1892, 100 s.). Procli orationem aut nihil aut non multum mutilavit excerptor; ad commentarios oraculorum haec redire verisimillimum est (p. 7 s.). Versus integri nusquam afferuntur, sed ad quos spectet interpretatio, plerumque manifestum est.

Pselli tria habemus πονήματα ad oracula pertinentia. Quorum primum, quod post Opsopoeum[2]) et Gallaeum edidit

[1]) Maxime dolendum est Procli in Timaeum commentarios diligenti carere recensione. A. Iordan Herm. XIV 263 recentes tantum sibi innotuisse codices dicit, at librorum I. II codex est saec. XI XII, ut mihi scribit Heibergius, Coislin. 322.

[2]) Vidi hanc editionem: Oracula magica Zoroastris cum scholiis Plethonis et Pselli nunc primum editi. E bibl. regia studio Io. Opsopoei. Paris 1599. Hinc Gallaeus in appendice oraculorum Sibyllinorum Amstelod. 1689, ex hoc Mignius quo utor. Plethonem Pselli scholia exscribentem neglexi.

Digitized by Google

Mignius t. 122, 1123 ss., in codice Paris. 1182 (= P) bomb. saec. XIII f. $160^{r}$ inscribitur: τοῦ αὐτοῦ ἐξήγησις τῶν χαλδαϊκῶν ῥητῶν.[1]) Singula oracula proponit et explanationem subicit: quam unde hauserit facile perspicitur. Proclus citatur $1145^{c}$; nonnulla ad verbum congruunt cum Procli excerptis Vaticanis.

[1]) Versuum lectiones summa comitate mihi excerpsit E. Patzig. Is est codex ex quo Pselli librorum catalogum confecit Sathas μεσαιων. βιβλ. V ξ' ss. (qui saec. XII esse librum dicere non debebat p. νη'. Cf. Omont inv. I 251.) Cf. Heimbach anecd. II p. LXIII. De Romanis horum librorum codicibus quae comperi, omnia fere accepta refero insigni in me J. Tschiedelii et R. Wuenschii amicitiae. Extat enim in

1. Vatic. gr. 1026 (= V) bomb. s. XIV (p. 2) in f. $224^{r}$ ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ (non περὶ) χαλδαίοις λογιμωτάτων λογίων (sic Mau ap. Jahn VI, paulo aliter Wuensch) ($m^{2}$ in mg. τοῦ ψελλοῦ) usque ad verba καὶ Πλάτων ἐδέξατο (p. $1154^{b}$ M. $m^{2}$ ut vid. suprascr. οἱ δὲ περὶ πλωτῖνον). f. $224^{v}$ ἐξήγησις λογίων τινων τῆς τῶν χαλδαίων φιλοσοφίας in fine mutila; ultimum enim f. $229^{v}$ explicatur oraculum μὴ πνεῦμα etc. (p. $1137^{c}$). Sed versus πατρὸς τὸ φέγγος ($1141^{d}$) usque ad τὸ γὰρ ἅπαξ ($1145^{b}$) inter μηδὲ τὸ τῆς ($1125^{a}$) et μὴ ἐξάξῃς ($1125^{c}$) inserti sunt. Deest igitur $1138^{c}$ – $1141^{c}$ et $1148^{a}$ – $1149^{b}$.

2. Vatic. gr. 573 (= v) s. XV f. $94^{r}$ – $102^{v}$ τοῦ ψελλοῦ ἐξήγησις τῶν χαλδαϊκῶν ῥητῶν. In mg. sup. $m^{1}$: ἀλλαχοῦ εὗρον πρόκλου τοῦ λυκίου ὑποτύπωσις; — f. $102^{v}$ – $103^{v}$ τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc. (ut in P).

Ex utroque codice oraculorum et totius ἐκθέσεως lectiones diligentissime enotavit Wuenschius; neque tamen affero nisi graviora.

3. Vatic. gr. 951 chart. s. XVI f. $125^{v}$ τοῦ ψελλοῦ ἐξήγησις τ. χ. ῥ., des. f. $156^{v}$ in verbis τουτέστιν, ἔχει δυνάμεις ὑποδεκτικὰς τῆς ὕλης διακοσμήσεως. δύναται ($1141^{d}$). Sequitur f. $157^{r}$ ab al. m. in novo quaternione: τοῦ ψελλοῦ ἐξήγησις τ. χ. ῥ., des. f. $167^{r}$ in αὐτίκα δέξασθαι ($1148^{a}$?). — f. $167^{r}$ τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc., des. f. $169^{v}$ in ὑφεστηκότα ἀγνώστως ($1149^{b}$). Ergo aliquid turbatum est.

4. Vatic. gr. 1011 chart. s. XV f. $12^{v}$ μαγικὰ λόγια τῶν ἀπὸ ζωροάστρου μάγων ἐξηγηθέντα παρὰ πλήθωνος. — f. $18^{r}$ – $28^{r}$ τοῦ σοφωτάτου ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτὰ λόγια. — $28^{r}$ – $29^{v}$ τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc.

5. Vatic. gr. 1378 chart. s. XV vel XVI f. $138^{r}$ – $138^{v}$ ζωροαστρείων δόξαι τοῦ ψελλοῦ (nil est nisi ἔκθεσις).

6. Vatic. gr. 1411 membr. s. XV f. $26^{r}$ – $32^{r}$ τοῦ σοφωτάτου ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λεγόμενα χαλδαϊκὰ λόγια. — f. $32^{r}$ – $33^{r}$ τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc.

7. Vatic. gr. 1416 f. $92^{r}$ – $116^{r}$ τοῦ σοφωτάτου ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια τοῦ ζωροάστρου. — f. $116^{v}$ – $119^{r}$ sine inscr. ἔκθεσις.

8. Ottob. 153 chart. s. XV post folia nonnulla vacua f. $260^{r}$ inc. in medio Pselli(?) de Ch. or. tractatu. — f. $268^{r}$ τοῦ σοφωτάτου ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτὰ λόγια — f. $272^{v}$ τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις etc.

9. Urbin. gr. 78 chart. s. XV inter alia Pselli opuscula f. $81^{v}$ – $82^{v}$ libellus quem infra editurus sum

Psell. 1137^c: ψυχῆς βάθος αἱ τριπλαῖ αὐτῆς δυνάμεις εἰσίν, αἱ νοεραί, αἱ διανοητικαί, αἱ δοξαστικαί· ὄμματα δὲ αἱ τριπλαῖ αὐτῶν γνωστικαὶ ἐνέργειαι· τὸ μὲν γὰρ ὄμμα γνώσεως σύμβολον, ἡ δὲ ζωὴ ὀρέξεως.

exc. Vatic. 193,1: ψυχῆς βάθος τὰς τριπλᾶς αὐτῆς γνωστικὰς δυνάμεις φησί, νοεράς, νοητάς (διανοητικάς Iahn recte), δοξαστικάς· ὄμματα δὲ πάντα τὰς τριπλᾶς αὐτῶν (αὐτῆς Iahn) γνωστικὰς ἐνεργείας. τὸ γὰρ ὄμμα γνώσεως σύμβολον, ἡ δὲ ζωὴ ὀρέξεως.

Psell. 1144^b ἡ ψυχὴ ἑκάστῳ νοουμένῳ πράγματι κατάλληλον ἔχει καὶ δύναμιν, τοῖς μὲν αἰσθητοῖς αἴσθησιν, τοῖς δὲ διανοητοῖς διάνοιαν, τοῖς δὲ νοητοῖς νοῦν.

exc. Vat. 194,10 πᾶσα γνῶσις δι' ὁμοιότητα (-τητος?) συνδεῖ τῷ κατανοουμένῳ τὸ κατανοοῦν, τῷ μὲν αἰσθητῷ τὸ αἰσθητικόν, τῷ δὲ διανοητῷ τὸ διανοητικόν, τῷ δὲ νοητῷ τὸ νοητικόν.

Psell. 1148^b συνέστη γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν ἱερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων· ὧν οἱ μέν εἰσιν ἀπὸ τῶν ἱερῶν εἰδῶν, οἱ (scr. τὰ) δὲ ἀπὸ τῶν θείων ἑνάδων. καὶ ἐσμὲν εἰκόνες μὲν τῶν ἱερῶν οὐσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων συνθημάτων. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα ψυχὴ πάσης ψυχῆς κατ' εἶδος διέστηκε καὶ ὅσαι ψυχαί, τοσαῦτα καὶ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστιν.

exc. Vat. 195,18 συνέστηκε γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν νοερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων, ὧν οἱ μέν εἰσιν ἀπὸ τῶν νοερῶν εἰδῶν, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν θείων ἑνάδων. καὶ ἐσμὲν εἰκόνες μὲν τῶν νοερῶν οὐσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων συνθημάτων ... 24 δεῖ γὰρ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα ψυχὴ πάσης κατ' εἶδος διέστηκε καὶ ὅσαι ψυχαί, τοσαῦτα καὶ τὰ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστιν.

Verum etiam alia multa Procli philosophiam atque adeo verba redolent, velut ea quae de tribus iyngibus exponit 1149^b. Nonnulla tam exilia sunt, ut ipsi Psello deberi videantur; idem valet de eis, quae de dogmate Christiano interdum adnectuntur. Suspicari igitur licebit eum epitome usum esse commentarii Procliani eadem, ex qua etiam excerpta Vaticana derivata sunt (cf. Thilo II 11 s.): in qua cum versus non semper integri afferrentur, ex interpretatione reliquias hexametricas utcunque expiscatus esse videtur, nonnunquam ipse oracula decurtasse, ut plena enuntiata efficeret. Velut μάθε τὸ νοητόν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει 1148^d nihil aliud est nisi ὄφρα μάθῃς τὸ ... ὑπάρχει Damasc. I 154,26. Interdum falsas secutus est lectiones, ut

λέοντα 1133[b], 1138[ab]. Quin etiam admiscuit sententiam, quae nunquam in oraculis infuit: μὴ ἐξάξῃς, ἵνα μὴ ἐξίῃ ἔχουσά τι 1125[c]. Nam haec ex hexametro depravata non esse docet Plotinus I 9: οὐκ ἐξάξεις, ἵνα μὴ ἐξίῃ.[1]) ἐξελεύσεται γὰρ ἔχουσά τι, ἵνα καὶ ἐξέλθῃ. Vereor igitur ne Proclus, utpote qui digressionibus mirum quantum indulgeat, hanc sententiam — ut opinor, Pythagoream (Zeller I[5] 451[1], Rohde Psyche 202[1]) — loci alicuius oraculorum explicandi causa attulerit. — Ex hoc Pselli opusculo hausit Nicephorus Gregoras quae profert in commentario ad Synesii περὶ ἐνυπνίων librum (Synesius ed. Petavius, Lutet. 1633 p. 351 ss.).

Alter Pselli libellus in codice Paris. 1182 hanc habet inscriptionem: τοῦ αὐτοῦ ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων: edidit Patricius f. 6[v], deinde Opsopoeus et Gallaeus 110 ss., ex hoc Mignius 1149[c] ss. Tertius quem in epimetro ex codice Laur. 58,29 editurus sum, hanc in eo habet inscriptionem: τοῦ αὐτοῦ Ψελλοῦ ὑποτύπωσις κεφαλαιώδης τῶν παρὰ Χαλδαίοις ἀρχαίων δογμάτων. Ex eodem utrumque fonte manare et verbis et dogmatum serie congruentibus demonstratur; qualis fuerit, ipse prodit 1154[b]: τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο, οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον καὶ Ἰάμβλιχον Πορφύριόν τε καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο. Quam enim Chaldaicam perhibet theologiam, ea revera Procliana est, id quod mox apparebit. — Tractatum brevem quem Patricius edidit f. 6[r] neglexi, quippe qui novi nihil praebeat.

Psellum excipiat epistolographus, qui Alexio Comneno regnante fuit,[2]) cuius epistulas e codice Barocc. 131 saec. XIV edidit Cramer anecd. Oxon. III. Epistula septima decima (p 180 ss.) adhuc a viris doctis neglecta continetur expositio dogmatum Chaldaicorum Psellianis simillima et ex eodem ducta fonte. Cf. 181,3 τὸ ἓν ἐστιν αὐτοῖς πρώτιστον, ὥσπερ καὶ παρ' Ἕλλησιν εὕρηται θεολογούμενον καὶ μᾶλλον τοῖς ἀπὸ Πλάτωνος et imprimis

---

[1]) Hoc loco ἔχουσά τι „e Zoroastris oraculis" addere non debebat Bouilletum secutus R. Volkmann. Ruellium collectioni Patricianae aliquid tribuere pro reliqua hominis inscitia non miraberis.

[2]) Vel ideo a Psello diversus est, id quod ob Iahnium (p. 33) moneo

183,23 δεῖ δὲ μὴ θαυμάζειν, φησὶν ὁ τῶν τοιούτων λήρων ἐξηγητής. Et quod in fine ambigitur, utrum Orpheum Chaldaei an Chaldaeos Orpheus expilaverit, Proclo plane dignum videtur.

Sed maxima pars fragmentorum Platonicis debetur. Quorum primus adhibuisse videtur oracula Porphyrius[1], nondum is quidem in libris περὶ τῆς ἐκ τῶν λογίων φιλοσοφίας (Lobeck 103 s. Wolff praef. 29), sed in libris de regressu animae, ut testatur Augustinus de civ. dei X 29. 32 *cum autem dicit Porphyrius in primo iuxta finem de regressu animae libro nondum receptum in unam quandam sectam, quod uniuersalem contineat uiam animae liberandae, uel a philosophia uerissima aliqua uel ab Indorum moribus ac disciplina aut inductione Chaldaeorum . . . . et utique se a Chaldaeis oracula diuina sumpsisse quorum adsiduam commemorationem facit tacere non potuit.* ibid. 23: *dicit etiam Porphyrius diuinis oraculis fuisse responsum nos non purgari lunae teletis atque solis . . . denique eodem dicit oraculo expressum principia* (τὰς ἀρχάς) *posse purgare . . . quae autem dicat esse principia tamquam Platonicus nouimus: dicit enim deum patrem et deum filium, quem graece appellat paternum intellectum uel paternam mentem* (i. e. πατρικὸν νοῦν: ibid. p. 436,27 D.). At πατρικὸς νοῦς non Platonicorum est proprius, sed Chaldaeorum. Quae autem de tertio deo inter hos medio dicit Augustinus, cuius naturam non plane perspexit, quaeque de anima mundana paternum intellectum sequente (Zeller V³ 648¹ ex.), ea egregie conveniunt cum obscuris de secunda mente praeceptis et de mundi animae sede (p. 14 s.). Neque igitur de meris Porphyrii opinionibus agitur, ut existimat Zeller l. c., sed de Chaldaicis utcunque cum Porphyrianis consociatis. Lunae et solis mysteria in reliquiis non apparent, sed simillimum est quod ultimum exhibeo fragmentum. Nec non *aetherias uel empyrias mundi sublimitates et firmamenta caelestia* (στερεώματα) ex his hausit oraculis (Aug. X 27. 9 cf. p. 31 s.), ex his etiam angelos ad theurgos descendentes daemonumque malignitatem. — Corruptus est Aeneae Gazaei locus p. 51 Boiss.: τοῦτό σε καὶ Χαλδαῖοι διδάσκουσι καὶ ὁ Πορφύριος· ἐπιγράφει δὲ καθόλου τὸ βιβλίον, ὃ εἰς μέσον προάγει τῶν Χαλδαίων τὰ λόγια, ἐν οἷς γεγονέναι τὴν ὕλην ἰσχυρίζεται, a cuius emendatione satius est sese

[1] Nihil demonstratur eis quae e Plotino enotavi p. 25¹. Errat Iahnius 11.

continere; genita esse materia traditur p. 20. Cf. Damasc. I 288,13 ὡς καὶ αὐτοὶ βούλονται λέγειν καὶ τὰ λόγια μαρτύρονται, οὐχ οἱ νεώτεροι μόνοι, ἀλλὰ καὶ Ἰάμβλιχος καὶ Πορφύριος. Sed in libris qui ad nos pervenerunt ne unum quidem oraculum commemoratur. Idem cadit in Iamblichum, quem tamen non sprevisse oracula modo accepimus; cf. Marin. vit. Procli 26: τοῖς τε εἰς Ὀρφέα αὐτοῦ (Syriani) ὑπομνήμασιν ἐπιμελῶς ἐντυγχάνων καὶ τοῖς Πορφυρίου καὶ Ἰαμβλίχου μυρίοις ὅσοις εἰς τὰ λόγια καὶ τὰ σύστοιχα τῶν Χαλδαίων συγγράμματα. Plura dat Dam. I 86,5: καθάπερ ἠξίωσεν ὁ μέγας Ἰάμβλιχος ἐν τῷ κη<sup>ῳ</sup> βιβλίῳ τῆς Χαλδαϊκῆς τελειοτάτης θεολογίας et 154,13 ὡς ἐν τοῖς Χαλδαϊκοῖς ὁμολογουμένως ὁ Ἰάμβλιχος· μαρτύρονται δὲ οὖν καὶ [οἱ] αὐτοὶ τοὺς θεούς, ἐν οἷς ἔπεσι λέγουσι πρὸς τὸν θεουργόν (p. 11). Ergo in amplissimo de Chaldaeorum theologia opere oraculis usus est; cum quibus alteram eum miscuisse traditionem Chaldaicam ex Iuliani vel alterius vel utriusque libris pedestribus desumptam probabile est. In libro de mysteriis oracula saepius respiciuntur nec tamen citantur. Syrianus, ut Suidas testatur, conscripsit συμφωνίαν Ὀρφέως Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος πρὸς τὰ λόγια [1]), quam significat Proclus th. pl. $215_{41}$ ἐν τοῖς τῆς συμφωνίας γράμμασι (nempe συγγρ.?). Itidem Hierocles in quarto de providentia libro conatus est τὰ λεγόμενα λόγια καὶ τοὺς ἱερατικοὺς θεσμοὺς (theurgorum praecepta) εἰς συμφωνίαν συνάγειν οἷς Πλάτων ἐδογμάτισε (Phot. cod. 214 p. 173ª 13). De studiis a Proclo in oracula collatis loquitur Marinus c. 26: καὶ τὰς τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφων ἐξηγήσεις συνελὼν μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπικρίσεως ἐξεπόνησε τάς τε ἄλλας Χαλδαϊκὰς ὑποθέσεις καὶ τὰ μέγιστα τῶν ὑπομνημάτων εἰς τὰ θεοπαράδοτα λόγια κατεβάλετο ἐν πέντε ὅλοις ἔτεσιν αὐτὰ συμπληρώσας. ἐφ᾿ οἷς καὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο ἐνύπνιον ἐθεάσατο. ἐδόκει γάρ οἱ προαγορεύειν ὄναρ ὁ μέγας Πλούταρχος, ὡς τοσοῦτον ἀριθμὸν ἐτῶν ζήσεται, ὁπόσος τίς ἐστι καὶ ὁ τῶν τετράδιων (quaternionum) τῶν εἰς τὰ λόγια αὐτῷ συγκειμένων. ἀριθμήσας δὲ αὐτὰς ηὕρισκεν ἑβδομήκοντα οὔσας. Horum librorum ipse mentionem facit in remp. 359,39 B: τίς δὲ ἡ ἀνεπιτηδειότης . . . εἴρηται

[1]) πρὸς scripsi pro περί cf. Dam. I 324,14 τῇ ἀρξαμένῃ γράφεσθαι συμφωνίᾳ ὑπὸ Ἀσκληπιάδου τῶν Αἰγυπτίων πρὸς τοὺς ἄλλους θεολόγους: sic omnes tolluntur difficultates (Iahn VIII. Schoell praef. Procl. in remp. 5 adn.). Talem auctorum delectum fieri etiam ideo, ut canoni Christianorum aliquid opponatur, verisimile est. Cf. Procl. in Parm. 801,22: καὶ οἱ σοφοὶ περὶ αὐτῶν συνηνέχθησαν, Πλάτων Πυθαγόρας Ὀρφεύς, καὶ οἱ θεοὶ τούτοις ἐναργῶς ἐμαρτύρησαν.

διὰ πλειόνων ἐν τοῖς εἰς τὰ λόγια γεγραμμένοις. Tanti eum haec effata fecisse, ut diceret: κύριος εἰ ἦν, μόνα ἂν τῶν ἀρχαίων ἁπάντων βιβλίων ἐποίουν φέρεσθαι τὰ λόγια καὶ τὸν Τίμαιον tradit Marinus c. 38: cf. Damasc. vit. Isid. ap. Suid. s. v. Ἡγίας: τοιγαροῦν ὁ Πρόκλος ἠξίωσεν αὐτὸν ἔτι νέον ὄντα τῆς τῶν Χαλδαϊκῶν λογίων ἀκροάσεως.

Idem sensit D a m a s c i u s, qui Asclepiodotum, ut solet omnes, vituperans ait: πρὸς δὲ τὴν Ὀρφικήν τε καὶ Χαλδαϊκὴν τὴν ὑψηλοτέραν σοφίαν καὶ τὸν κοινὸν φιλοσοφίας νοῦν ὑπεραίρουσαν ἔτι μᾶλλον ἐλείπετο (vit. Isid. 126). Scholas de Chaldaicis habitas post Parmenidis explanationem, quas edidisse non videtur, commemorat II 9,21 ταῦτα μὲν τοίνυν ἀκριβέστερον ἐξεταστέον ἐν τοῖς Χαλδαϊκοῖς. 11.11. 132.9 ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν εἰς τὰς Χαλδαϊκὰς ἀναβάλλομαι συνουσίας.[1]) Sed de his multis exponit Thilo II 1 ss.; tantum addo longe plurima fragmenta nos Proclo et Damascio debere[2]).

At quaeret quispiam, quomodo oraculorum versus ab alienis discernantur. Nam s o p h i s t a r u m m o r e, quorum artificiis nimis imbuti sunt, Platonici occultant auctores suos: σκώπτων τις Procl. in Parm. 929.22 est Aristoteles (met. I 9. $990^{b}$ 2), ὥς τίς φησι 1047,22 Plotinus (cf. 1090.23. Olymp. in Phaed. 20.26. 28,8), Theodorus appellatur ὁ ἐκ τῆς Ἀσίας φιλόσοφος th. pl. 215.18, Aristocles (sic enim restituit Usener) ὁ ἐκ Ῥόδου φιλόσοφος in Parm. 1057,6; non Homerum nominant, sed τὴν ἔνθεον ποίησιν, non Orpheum, sed τὸν θεολόγον etc. Eodem modo

[1]) At Timaeum ante Parmenidem tractavit (II 216.16 etc.): ille physiologiam, hic theologiam continebat (Procl in Tim. $5^{a}$). Rectissime indicavit Schoellius l. c. (e. g. cf. Procl. in Tim. $193^{d}$ πρῶτον γυμνάσωμεν τὴν τῶν ἀ κ ο υ ό ν τ ω ν διάνοιαν). De scholis publicatis cf. Freudenthalium, hellenist. Stud. III 303.

[2]) Pauca adiungo de editionibus. Procli libros quorum versio tantum extat Morbekiana, commentarios in Alcib. et Parm. affero secundum editionem Cousinianam alteram Paris. 1864; commentationum ad rem publicam spectantium partem Florentinam secundum Basileensem) anni 1531, Vaticanam secundum Pitram) anal. V 2, Schoellium) Berol. 1886 et Reitzensteinium) Bresl. phil. Abh. IV 3; utriusque partis (Laur. 80,9 + Vatic. gr. 2197) mea utor collatione. Damascium edidit Ruellius Paris. 1889, dubitationes in Parmenidem primus; qui nihil fere intellexit codicemque praestantem (Marc. 246) neglegenter contulit (Goett. Gel. Anz. 1892.111 ss.). Nec pluris est Heitzii apographum, nunc cod. Berol. gr. Qu. 70. Contuli particulas Marciani. Occasione oblata adnoto Allenio non credendum esse a diversis librariis Marc. 246 et Vatic. 2197 + Laur. 80.9 exaratum esse (Journ. of Philol. XXI 52 s.).

raro apparent τὰ Χαλδαϊκὰ λόγια, sed οἱ Χαλδαῖοι, οἱ Ἀσσύριοι, οἱ βάρβαροι, ἡ θεοπαράδοτος σοφία vel μυσταγωγία, plerumque τὰ λόγια, τὸ λόγιον, οἱ θεοί, φησί τις θεῶν. Dicet aliquis multa id aetatis Apollinis, Hecatae, aliorum deorum oracula circumlata esse (cf. theosophiam ap. Buresch Klaros 89 ss., Porphyrii de oraculorum philosophia libros), facile horum aliquod sic citari posse. At ex tot versibus apud Porphyrium et theosophum extantibus ne unus quidem apud Platonicos; quos unum corpus oraculorum chaldaicorum tractasse idque λογίων nomine appellasse vel ex librorum inscriptionibus quas supra enumeravi efficitur. Quodsi quis ipsa fragmenta perlustraverit, tantam deprehendet in plerisque similitudinem generis dicendi (cf. ἄνθος, θρώσκειν, ὀχετός, δρέπεσθαι, ἴυγγα, πρηστῆρες, στροφάλιγξ) et opinionum (ignis, numerus ternarius), ut magnum numerum eicere difficillimum sit. Idem fere ei respondendum est, qui interpolatores similiter grassatos esse statuet atque in libris Orphicis et Sibyllinis; nam ei in quos maxime cadit interpolandi suspicio, Platonici, qui soli hoc carmen curasse videntur, certe perpauca inseruerunt: pleraque enim ab horum praeceptis aliena sunt.

Nolo tamen praeterire unum fragmentum, quod ex oraculis haustum esse videri possit, aliunde potius desumptum esse. Procl. in remp. 380,17 B: οὐ φέρει με τοῦ δοχέως ἡ τάλαινα καρδία, φησί τις θεῶν: nam sane verisimile est δοχέως cum Wolffio in δοχῆος mutato (Porph. p. 163[1]) tetrametrum trochaicum restituendum esse. Ex hymno haurire videtur Procl. in Tim. 279[1] (οἱ θεολόγοι) τὸν ἐκεῖ Διόνυσον ὑμνοῦντες

Ἠελίου πάρεδρος ἐπισκοπέων πόλον ἁγνόν.

Alia quoque oracula aliosque Chaldaeos se nosse dicit Io. Lydus de mens. 14,9: οἱ περὶ Ζωροάστρην καὶ Ὑστάσπην Χαλδαῖοι fortasse non diversos ab eis quos legit theosophus, cuius libro undecimo afferebantur χρήσεις Ὑστάσπου τινὸς βασιλέως Περσῶν ἢ Χαλδαίων (p. 95 Bur.). Oracula Chaldaica praeter Graeca, Persica, alia habuit anonymus qui post Heraclium scripsit haec omnia cum dogmate Christiano concinere probans: Phot. cod 170.[1]) Nec tamen in suspicionem vocarem versus quos affert Lydus de mens. 29,19 ὅτι ἡ σελήνη προσεχῶς ἐπιβέβηκε τῶν γενη-

[1]) Quos Marinus praeter oracula novit Chaldaeorum libros (p. 7), a Iuli scriptis fortasse non sunt diversi, quae explanavit Porphyrius.

τὸν (scr. τῷ γεννητῷ) παντὶ καὶ πάντα κυβερνᾶται τὰ τῇδε ἐναργῶς ὑπ' αὐτῆς, ὡς τὰ λόγιά φησι·

Νύμφαι πηγαῖαι καὶ ἐνύδρια πνεύματα πάντα
καὶ χθόνιοι κόλποι τε καὶ ἠέριοι καὶ ὑπαυγοι
μηναῖοι πάσης ἐπιβήτορες ἠδ' ἐπιβῆται (?)
ὕλης οὐρανίας τε καὶ ἀστερίας καὶ ἀβύσσων.[1])

nisi Olympiodorus in Alc. p. 19 scriberet: φησὶ γὰρ καὶ Ὀρφεύς·

ὕλης οὐρανίης καὶ ἀστερίης καὶ ἀβύσσου.

Diiudicari res non potest. — De theurgis alio loco dicturus sum; nil igitur impedit quominus fragmenta contemplari incipiamus.

## Caput alterum.

### Fragmenta.

Proclo et Damascio si credimus, oraculorum dogmata non differunt a Platone, qualem quidem ipsi intellegant, Orpheo, Homero, Pythagora, id quod nemini probabitur, qui aliquatenus Procli[2]) artificia perspexerit. Mirum enim quantum exercet ingenium, ut ea consona demonstret, quae ne minimam quidem habent similitudinem. Theologiam vero oraculorum cum Procliana congruere ab ipso demum perfecta vel ideo omni fide caret, quod illa a Porphyrio primo adhibita propterea que multo vetustiora sunt.

Unum igitur, summum Platonicorum deum, etiam oraculis celebratum esse testantur Psell. 1149c: μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀποφημοῦσιν (scr. ἀνυμνοῦσιν cum V) hypotyp. 1 anon. Oxon. 181.3 Dam. I 100,20: οἱ δὲ θεοὶ μετὰ τὸν ἕνα θεὸν πατέρα καὶ δύναμιν ὡς δυάδα μόνον ἐκφαίνουσι. Quibus cave ullam habeas fidem: neque enim in reliquiis fit Unius mentio neque ullum oraculorum testimonium philosophi

[1]) In v. 1 νάματα proponas, sed cf. Orph. fr. 67. hymn. 58,6. orac. ap theos. 104,19 Bur. Inscr. Graec. Sic. 872,4. v. 4 ἀβύσσου praeferendum est. Cf. 23,11 Ἀφροδίτην δὲ ἄν τις εἴποι . . τὴν πρωτογενῆ ὕλην, ἣν καὶ ἀστερίαν καὶ οὐρανίαν καλεῖ τὰ λόγια.

[2]) Cum hoc plerumque res est: nam Damascius, etsi in multis Procli dogmatis eum offendisse dicit Simpl. in phys. 795.15, nihil fere novi attulit qua est ingenii sterilitate.

de Uno disserentes proferunt, id quod quodammodo fatetur anonymus Taurinensis (quem edidi Rh. Mus. 47,599 ss.) Proclo vetustior col. IX 5, quo loco oraculorum respici praecepta et olim dixi l. l. p. 625 et infra demonstrabo: καὶ τῆς τριάδος αὐτὸν οὐκ ἐξελόντες ἀναιρεῖν ἀριθμὸν ἀξιοῦσιν, ὡς καὶ τὸ ἓν λέγειν αὐτὸν εἶναι παντελῶς παραιτεῖσθαι. — Iam licet ad summum Chaldaeorum deum fragmentum referre traditum a Damasc. I 154,16:

ἔστιν γάρ τι νοητόν, ὃ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει·
ἢν γὰρ ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν κἀκεῖνο νοήσῃς
ὥς τι νοῶν, οὐ κεῖνο νοήσεις· ἔστι γὰρ ἀλκῆς
ἀμφιφαοῦς δύναμις νοεραῖς στράπτουσα τομαῖσιν.
οὐ δὴ χρὴ σφοδρότητι νοεῖν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο
οὐδὲ νόου ταναοῦ ταναῇ φλογὶ πάντα μετρούσῃ,
πλὴν τὸ νοητὸν ἐκεῖνο· χρεὼ δὴ τοῦτο νοῆσαι.
(ἢν γὰρ ἐπεγκλίνῃς σὸν νοῦν, κἀκεῖνο νοήσεις)
οὐκ ἀτενῶς, ἀλλ' ἁγνὸν ἀπόστροφον ὄμμα φέροντα
σῆς ψυχῆς τεῖναι κενεὸν νόον ἐς τὸ νοητόν,
ὄφρα μάθῃς τὸ νοητόν, ἐπεὶ νόου ἔξω ὑπάρχει.[1]

Perperam ad totum νοητόν refert Dam. Iamblichi secutus interpretationem[2], cum de quodam agatur ceteris νοητοῖς praestantiore, quod singulari mentis facultate cognoscitur ideoque extra mentem situm est. Nec contraria est sententia versuum:

οὐ γὰρ ἄνευ νόος ἐστὶ νοητοῦ καὶ τὸ νοητόν
οὐ νοῦ χωρὶς ὑπάρχει.

[1]) Huc spectat Procl. exc. Vat. 194,6 ss. V. 1 affert Psell. 1144b. νόου ἄνθος (cf. Rohde 478¹) saepissime usurpatur: Procl. th. pl. 6,35. in Crat. 51,13. 70,26. de prov. 172,15. in Alc. 519,37. in Parm. 1044,28. Dam. I 44,2, ubi scr. [illegible] II 98,22. Et ut versificator saepius metaphoram adhibuit, sic Platonici quoque ad alia transtulerunt: Iulian. or. IV 134a. Procl. th. pl. 237,2. 318 ex. in Parm. 855,10. Philopon. de mundi cr. p. 5 τὸ τῆς φιλοσοφίας ἄνθος ὁ Πλάτων. — v. 2 ἐπεγκλίνῃ, ὡς ἂν νοῦν κ. νοήσῃ M? v. 3 „est enim (mens tua) vis aciei (ἀκμῆς?) utrimque lucentis micans ictibus intellectualibus" cf. Ps. Phocyl. 124. ep. ad Hebr. 4,12 etc. V. 6 οὐδὲ pro ἀλλὰ Thilo I 23. v. 8 del. idem, parenthesi potius includendus est. V. 9 ὄμμα ψυχῆς cf. Plat. pol. VII 519b τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν 533d τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα. inc. ap. Didym. de trin. III 21 p. 396. Herm. tr. 70,[illegible] V. 10 vacua esto mens ceteris omnibus cogitationibus, cf. Plotin. V 5,6 ὁ θεάσασθαι θέλων τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοητοῦ τὸ νοητὸν πᾶν ἀφεὶς θεάσεται. VI 7,34 ἐπεὶ καὶ ψυχή, ὅταν αὐτοῦ ἔρωτα σύντονον λάβῃ, ἀποτίθεται πᾶσαν ἣν ἔχει μορφήν, καὶ ἥτις ἂν καὶ νοητοῦ ᾖ ἐν αὐτῇ. Herm. tr. 70,10. V. 11 corrumpit Psell. 1148d.

[2]) 155,7 interpungo: ὥστε μηδὲ ἐπιζητοῦσα· γνῶσις καί

Procl. in Tim. 267d. Dam. II 16,20. 57,26; haec enim de divina, non de humana mente dicta sunt.[1]) Quamobrem Proclus dicit th. pl. 172,39: καὶ οὕτως ἅμα μὲν ἐξῄρηται τοῦ νοῦ τὸ νοητὸν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὑπάρχον, ἅμα δὲ οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὸ νοητόν.

Id quod rerum intelligibilium principatum obtinet a ceteris quaecunque cognoscuntur diversum, summum principium esse consentaneum est: ad hoc quae alia revocanda sint fragmenta si circumspicimus, primum id offertur quod sic tradit Psell. 1144a:

ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἥρπασεν (fuitne ἥρπασσεν ἑαυτόν?)
οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

Pater se eripit propriumque ignem, quo natura sua continetur, penes se retinens ne menti quidem suae tradit. — Huc spectare videtur anon. Taurin. IX 1: οἱ δὲ ἁρπάσαι ἑαυτὸν ἐκ πάντων τῶν ἑαυτοῦ εἰπόντες δύναμίν τε αὐτῷ διδόασι καὶ νοῦν ἐν τῇ ἁπλότητι αὐτοῦ συνηνῶσθαι καὶ ἄλλον πάλιν νοῦν, καὶ τῆς τριάδος αὐτὸν οὐκ ἐξελόντες ἀναιρεῖν ἀριθμὸν ἀξιοῦσιν, ὡς καὶ τὸ ἓν λέγειν αὐτὸν εἶναι παντελῶς παραιτεῖσθαι. ταῦτα δέ πως μὲν λέγεται ὀρθῶς τε καὶ ἀληθῶς, εἴ γε θεοί, ὥς φασιν οἱ παραδεδωκότες ταῦτα, ἐξήγγειλαν. Hic igitur de summo agi deo fatetur, id quod negat Procl. in Parm. 1070,15. exc. Vat. 194,29[2]). Is igitur pater nominatur, cogitandi habet potestatem, ignem proprium. Sed antequam ab his profecti ad alia procedamus, necesse est insistamus.

Trans potestatem mentalem situm esse patrem dicit oraculum; sed Platonici haec seiungunt potestatem et mentem[3]) inducentes. Cur hoc fecerint, non est obscurum. Solent enim affirmare regnasse in singulis theologiae Chaldaicae ordinibus

[1]) Cf. Plotin. V 5 (ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητὰ καὶ περὶ τἀγαθοῦ) et 6,2 νοῦν γὰρ δεῖ γενέσθαι ἵνα νοῇ, ὄντα δὲ νοῦν καὶ νοητὸν ἔχειν καὶ πρώτως νοοῦντα ἔχειν τὸ νοητὸν ἐν αὐτῷ. 3,5 ἓν ἄρα οὕτω νοῦς καὶ τὸ νοητόν. Porph. vit. Plot. 18.

[2]) εἰ γὰρ ὁ πρῶτος πατὴρ (sc. intelligibilis infra Unum collocatus) ἁρπάζειν ἑαυτὸν λέγεται τοῦ νοῦ καὶ (!) τῆς δυνάμεως, τίς ὁ μηδὲ οὕτως ἁρπάσαι δεηθεὶς ἑαυτόν; Hinc saepe ἁρπάζειν ἑαυτὸν adhibetur: th. pl. 270,8. in Crat. 62,22. in Parm. 628,11. 1067,3.

[3]) Cur de duabus mentibus praeter potestatem loquatur anonymus, statim videbimus. Ante Proclum eum scripsisse etiam inde concludi potest, quod simpliciorem oraculorum sequitur interpretationem.

trinitatem πατρός (= ὑπάρξεως), δυνάμεως, νοῦ. Procl. th. pl. 365,1: τὸ μὲν <γὰρ> πατρικὸν ἀρχηγικόν ἐστι πανταχοῦ, τοῦ μέσου δὲ ἡ δύναμις, ὁ δὲ νοῦς τὸ τέλος συμπεραίνει τῆς τριάδος·

ἡ μὲν γὰρ δύναμις σὺν ἐκείνῳ, νοῦς δ' ἀπ' ἐκείνου

κατὰ τὸ λόγιον (ἐκείνοις et δὲ ed.) — in Alcib. 392,7: ergo potestas ipsius patris est neque ut alter deus ab eo separanda. Dam. I 108,17: ἀλλ' ὡς οἱ θεοὶ καὶ αὐτοὶ μέντοι ἀνθρώποις διαλεγόμενοι οὕτως ἔχειν πρὸς ἀλλήλας ἀπεφήναντο τὰς τρεῖς ἀρχάς, ὡς ἂν ἔχοι νοῦς καὶ δύναμις καὶ πατὴρ ἡ ὕπαρξις καὶ δύναμις τῆς ὑπάρξεως καὶ νόησις τῆς δυνάμεως. In mundo intelligibili trinitatem secundum oracula fuisse docet Dam. I 196,1. 221,13. II 36,13 idemque ante eum Porphyrius et Iamblichus fecisse videntur (I 288,12), in omnibus mundis Procl. in Tim. 118e. Dam. I 88,10. 97,26. 133,20. 193,26. Olymp. in Phaed. 99,13. 204,24 etc. Artificia manifesta: ab uno illo versu profecti quem perperam accipiunt ad omnes mundos suos hanc triadem transtulerunt.[1]) Proclo enim ubique schema tripertitum venanti haec obversabatur series: 1) οὐσία, ὕπαρξις, πατήρ 2) ζωή, δύναμις 3) νοῦς, ἐνέργεια. Cf. in Parm. 1106,28. th. pl. 157,28. 217,16. Dam. I 309,24.

Ut ad patrem redeamus, ignem eum habere accepimus; sed etiam ipse ignis esse dicitur; anon. Oxon. 181,12 αὐτὸς δὲ ὁ πατὴρ ἱερὸν πῦρ ὑμνούμενος παρ' αὐτοῖς. Plura praebent hi versus:

οὐ γὰρ ἐς ὕλην
πῦρ ἐπέκεινα τὸ πρῶτον ἑὴν δύναμιν κατακλείει
ἔργοις ἀλλὰ νόῳ· νοῦ γὰρ νοῦς ἐστιν ὁ κόσμου
τεχνίτης πυρίου[2]).

Primus ignis transmundanus vocatur pater, quod alter ignis globus extat (cf. infra); materia eum vim suam non includere

[1]) Potestas invenitur etiam in fragmento obscuro Procl. exc. Vat. 194,31 εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ πρωτίστου πατρὸς ἐν ἄλλοις εἴρηται καὶ πρώτην δύναμιν ἱεροῦ λόγου; iynges vocantur πατρικαὶ δυνάμεις: cf. infra. Quod de medio ordine intelligibili dicit Dam. I 228,21 διὸ πατρικὴ δύναμις ἀποκαλεῖται καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν αὕτη ἡ ἀρχή (cf. 78,17), solo nititur illo δύναμις σὺν ἐκείνῳ.

[2]) Procl. in Tim. 157a. th. pl. 333,29. Dam. II 136,10 (l. 2 scr. πυρίου). 218,4. Cf. Philo de vict. off. 13. 261 M. ἐξ ἐκείνης γὰρ πάντ' ἐγέννησεν ὁ θεός, οὐκ ἐφαπτόμενος αὐτός· οὐ γὰρ ἦν θέμις ἀπείρου καὶ πεφυρμένης ὕλης ψαύειν τὸν ἴδμονα καὶ μακάριον, ἀλλὰ ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσιν, ὧν ἔτυμον ὄνομα αἱ ἰδέαι, κατεχρήσατο πρὸς τὸ γένος ἕκαστον τὴν ἁρμόττουσαν λαβεῖν μορφήν.

[illegible] potestate quidem mentali includit Patrem [illegible] mentem (mentis mentem) [illegible] fragmenta confirmatur:

[illegible] καὶ νῷ παρέδωκε
[illegible] πᾶν γένος ἀνδρῶν[1].

[illegible] πᾶν om. V). Pater igitur vel [illegible] perficit, deinde alteri menti tradit [illegible] Ad hanc igitur pertinent versus:

[illegible] παρὰ τῷδε κάληται
[illegible] νῷ μὲν κατέχειν τὰ νοητά
[illegible][2].

[illegible] sed difficile indicare de νῷ πατρι[illegible] qui [illegible] commemoratur. Quaeritur enim, quae ratio intercedat [illegible] mentem paternam, secundam mentem. [illegible] Porphyrius (p. 6) et anonymus Tau[illegible] recentiores. Re vera duo sunt: [illegible] mens est et ideo mens paterna dicitur: [illegible] altera persona cogitandum non [illegible] Mentem enim paternam ut a patre non [illegible] quod in compluribus fragmentis [illegible] partes agit. Est enim [illegible], quod [illegible] (p. 25), aeoni et animis paris [illegible] tribuitur, ut mentem paternam con[illegible] mentis opponitur patris monadi: [illegible] Quod vero anima mundana post patris [illegible] (p. 28) id iam Porphyrio summas [illegible] (p. 6), quas ne nos quidem tollemus:

[1] [illegible] Lobeck [illegible]

[2] [illegible] Procl. in [illegible] Tim. [illegible] II 177,20 205,20 etc. [illegible] extare ex his [illegible] fr. 30 [illegible] Plotinus [illegible] differat a [illegible]

insunt enim aut in perversa Chaldaei cogitandi ratione, de quo iniquius nos iudicare cave existimes, siquidem eosdem deos et mentes et globos igneos nominavit, aut in peregrina huius fragmenti origine.

Omnia ex patre orta sunt:

εἰσὶ πάντα ἑνὸς πυρὸς ἐκγεγαῶτα.

Psell. 1145[a] (sic codd., ἑνὸς om. v.) Neque vero solum ignis et mens est, sed etiam monas. Procl. in Alc. 356,20 τριῶν τοίνυν ἐν τοῖς νοητοῖς καὶ κρυφίοις θεοῖς ὑποστάσεων οὐσῶν καὶ τῆς μὲν πρώτης τῷ ἀγαθῷ χαρακτηριζομένης τἀγαθὸν αὐτὸ νοούσης,

ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστι,

τὸ λόγιόν φησι; cf. in Eucl. 98,17. Obscura sunt quae tradunt Procl. in Eucl. 98,23 διὰ ταῦτα τοίνυν τὴν ὁλότητα μιμεῖται καὶ τὴν τάξιν ἐκείνην, ἣ καὶ ταναὴ μονάς ἐστιν καὶ δύο γεννᾷ et Damascius II 29,16 ταναὴ γάρ ἐστι μονὰς κατὰ τὸ λόγιον ἣ (ᾗ M ?) δύο γεννᾷ ad alterum ordinem νοητόν i. e. Aeonem revocantes; nec planiores versus:

ἐξ ἀμφοῖν δὴ τῶνδε ῥέει τριάδος δέμας πρώτης
οὔσης οὐ πρώτης, ἀλλ' οὐ τὰ νοητὰ μετρεῖται[1]).

Haec ad tertiam triadem νοητήν e praecedentibus oriundam referunt Proclus et Damascius; nos certe id lucramur, esse aliquam in mundo intelligibili trinitatem, quam tamen metiri vetat oraculum (cf. p. 11 v. 6 Dam. I 109,16. 306,12), mireque hoc concinere videmus cum Iamblichi dogmate, qui e monade, dyade, triade efficit trinitatem intelligibilem (Dam. I 86,20).

Deum perfectum et benignum esse ex his discimus laciniis:

οὐ γὰρ ἀπαὶ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει

Psell. 1145 d (ἀπὸ v).

πατὴρ οὐ †φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ' ἐπιχεύει

Psell. 1145 d (ἐπιχέει V | πειθοῖ δ' ἐπιχαίρει V²| et v) quae refingere conetur qui fragmentorum crisin fructuosam putat; his adiungo Procl. in remp. 355,50 B.:

οὐδ' ὅτι πᾶς ἀγαθὸς θεὸς εἰδότες· ἆ ταλαεργοί,
νήψατε[2]).

[1]) Dam. II 63,21: δὴ pro τῇ Ruellius, περὶ τῆς M. V 2 οὐσίας Ruellius, οὔσης Heitzius. Haec respicit Procl. th. pl. 167,30 καὶ ἀμφοτέρας ἄρα τὰς προϋπαρχούσας τριάδας αὕτη προείληφε ῥέουσα κατὰ τὸ λόγιον.

[2]) Cf. homiliam Hermeticam 16,5 P.: ὦ λαοί, ἄνδρες γηγενεῖς, οἱ μέθῃ καὶ

haud mirum, siquidem ne potestate quidem mentali includit. Patrem mentem esse alteramque mentem (mentis mentem) ab eo secerni altero fragmento confirmatur:

πάντα γὰρ ἐξετέλεσσε πατὴρ καὶ νῷ παρέδωκε
δευτέρῳ, ὃν πρῶτον κληΐζετε πᾶν γένος ἀνδρῶν [1]).

Psell. 1140[c] (κληΐζεται Pv, πᾶν om. v). Pater igitur vel primus νοῦς cogitando omnia perficit, deinde alteri menti tradit quae materiam administrat. Ad hanc igitur pertinent versus:

δυὰς παρὰ τῷδε κάθηται·
ἀμφότερον γὰρ ἔχει, νῷ μὲν κατέχειν τὰ νοητά,
αἴσθησιν δ' ἐπάγειν κόσμοις [2]).

Haec per se non obscura; sed difficile iudicare de νῷ πατρικῷ qui interdum commemoratur. Quaeritur enim, quae ratio intercedat inter patrem, mentem paternam, secundam mentem. Pro tribus dis eos habuit Porphyrius (p. 6) et anonymus Taurinensis, plures ex eis fecerunt recentiores. Re vera duo sunt: pater qui tamen etiam mens est et ideo mens paterna dicitur: „mens patris" si appellatur, de altera persona cogitandum non est; secunda mens. Mentem enim paternam ut a patre non disiungam maxime eo commoveor, quod in compluribus fragmentis sine dubio summi dei partes agit. Est enim αὐτογένεθλος, quod de altero deo dici nequit (p. 25), aeoni et animis puris tamquam praestans aliquid tribuitur, ut mentem paternam conspiciant (cf. p. 27); dyas secundae mentis opponitur patris monadi: nihil potest intercalari. Quod vero anima mundana post patris διανοίας habitare dicitur (p. 28) id iam Porphyrio summas peperisse videtur difficultates (p. 6), quas ne nos quidem tollemus:

1) Cf. Numen. fr. 31 Th ὦ ἄνθρωποι, ὃν τοπάζετε ὑμεῖς νοῦν (sc. ὁ δημιουργός) οὐκ ἔστι πρῶτος, ἀλλὰ ἕτερος πρὸ τούτου νοῦς πρεσβύτερος καὶ θειότερος. Lobeck Agl. 439 d.

2) Syrian. in met. 883 b 16 ἀλλὰ γὰρ καὶ δημιουργικήν τινα παρὰ τοῖς θεολόγοις αἴσθησιν ὑμνουμένην πεπιστεύκαμεν εἶναι, ἧς καὶ οἱ κατ' οὐρανὸν εἴδωλον ἔχουσιν αἰσθήσεων καὶ αὐτοὶ τοῖς κόσμοις ἐπάγοντες κατὰ τὸ λόγιον. Procl. in Crat. 56,5. in remp. 376,34. 387,16 B. in Tim. 164[c] Dam. II 177,20. 205,20 etc., qui ad τὸν Δίς referunt, de hac re cf. p. 16 ss. Dyadem cum nomine Δίς perperam coniungit Procl. in Crat. 56. th. pl. 332,26, νοερὰν αἴσθησιν extare ex his concludit in Parm. 964,9. Cf. Numen. fr. 25 ὁ γὰρ δεύτερος διττὸς ὢν αὐτοποιεῖ τήν τε ἰδέαν ἑαυτοῦ καὶ τὸν κόσμον δημιουργὸς ὤν, ἔπειτα θεωρητικὸς ὅλως (?). fr. 30 ὁ μὲν οὖν πρῶτος περὶ τὰ νοητά, ὁ δὲ δεύτερος περὶ τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητά. Plotinus V 1.4.5 ideo bipertitam dicit mentem, quod in ea cogitans differat a cogitato.

insunt enim aut in perversa Chaldaei cogitandi ratione, de quo iniquius nos iudicare cave existimes, siquidem eosdem deos et mentes et globos igneos nominavit, aut in peregrina huius fragmenti origine.

Omnia ex patre orta sunt:

εἰσὶ πάντα ἑνὸς πυρὸς ἐκγεγαῶτα.

Psell. 1145ᵃ (sic codd., ἑνὸς om. v.) Neque vero solum ignis et mens est, sed etiam monas. Procl. in Alc. 356,20 τριῶν τοίνυν ἐν τοῖς νοητοῖς καὶ κρυφίοις θεοῖς ὑποστάσεων οὐσῶν καὶ τῆς μὲν πρώτης τῷ ἀγαθῷ χαρακτηριζομένης τἀγαθὸν αὐτὸ νοούσης,

ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστι,

τὸ λόγιόν φησι; cf. in Eucl. 98,17. Obscura sunt quae tradunt Procl. in Eucl. 98,23 διὰ ταῦτα τοίνυν τὴν ὁλότητα μιμεῖται καὶ τὴν τάξιν ἐκείνην, ἣ καὶ ταναὴ μονάς ἐστιν καὶ δύο γεννᾷ et Damascius II 29,16 ταναὴ γάρ ἐστι μονὰς κατὰ τὸ λόγιον ἣ (ᾗ M ?) δύο γεννᾷ ad alterum ordinem νοητόν i. e. Aeonem revocantes; nec planiores versus:

ἐξ ἀμφοῖν δὴ τῶνδε ῥέει τριάδος δέμας πρώτης
οὔσης οὐ πρώτης, ἀλλ' οὗ τὰ νοητὰ μετρεῖται[1]).

Haec ad tertiam triadem νοητήν e praecedentibus oriundam referunt Proclus et Damascius: nos certe id lucramur, esse aliquam in mundo intelligibili trinitatem, quam tamen metiri vetat oraculum (cf. p. 11 v. 6 Dam. I 109,16. 306,12), mireque hoc concinere videmus cum Iamblichi dogmate, qui e monade, dyade, triade efficit trinitatem intelligibilem (Dam. I 86,20).

Deum perfectum et benignum esse ex his discimus laciniis:

οὐ γὰρ ἀπαὶ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι τροχάζει

Psell. 1145 ᵈ (ἀπὸ v).

πατὴρ οὐ†φόβον ἐνθρῴσκει, πειθὼ δ' ἐπιχεύει

Psell. 1145 ᵈ (ἐπιχέει V | πειθοῖ δ' ἐπιχαίρει V2| et v) quae refingere conetur qui fragmentorum crisin fructuosam putat: his adiungo Procl. in remp. 355,30 B.:

οὐδ' ὅτι πᾶς ἀγαθὸς θεὸς εἰδότες· ἆ ταλαεργοί,
νήψατε[2]).

[1]) Dam. II 63,21: δὴ pro τῇ Ruellius. περὶ τῆς M. V 2 οὔσης Ruellius. οὔσῃς Heitzius. Haec respicit Procl. th. pl. 167,30 κατ' ἀμφοτέρας ἄρα τὰς προϋπαρχούσας τριάδας αὕτη προελήλυθε ῥέουσα κατὰ τὸ λόγιον.

[2]) Cf. homiliam Hermeticam 16,5 P.: ὦ λαοί, ἄνδρες γηγενεῖς, οἱ μέθῃ καὶ

Ea quoque quae de silentio dicta sunt hic colloco, etsi non constat utrum ad patrem solum referenda sint an ad totum mundum superiorem. Procl. in Crat. 68,8 δηλαδὴ τὸν ὑπερουράνιον τόπον καὶ ὅσα τῇ θεοθρέμμονι σιγῇ περιείληπται τῶν πατέρων (cf. in Alc. 364,2. in Tim. 167c); ibid. 63,15 de Saturno: καὶ ἱδρύσας ἑαυτὸν ἐν τῇ πατρικῇ σιγῇ καὶ πατὴρ πατέρων ἀνυμνούμενος. in Parm. 1171,4 εἴτε οὖν γαλήνη τίς ἐστιν ὑμνουμένη νοερὰ παρὰ τοῖς σοφοῖς εἴτε ὅρμος μυστικὸς εἴτε σιγὴ πατρική. Dam. I 56,9. Valde dolendum quod tenebris obvolutus est Procli locus th. pl. 320 ex. ἀνυπέρβλητος γάρ ἐστιν ἡ ἕνωσις τοῦ τε πρώτου πατρὸς (Saturni) καὶ τοῦ πρώτου τῶν ἀχράντων θεῶν· καὶ διὰ τοῦτο σιγώμενος καλεῖται ὑπὸ τῶν θεῶν καὶ τῷ νῷ συνῳδεῖν λέγεται καὶ κατὰ νοῦν μόνον ὑπὸ τῶν ψυχῶν γνωρίζεσθαι: quae fortasse accipienda sunt de potestate illa mentali, quae cum patre est[1]).

Antequam fragmenta agentem patrem inducentia enumeremus, opus est profligare quaestionem quam haud scio an iniuria tamdiu distulerim. Versus enim ad patrem (mentem paternam) et secundam mentem spectantes inter complures deos distribuunt Platonici: patrem et mentem intelligibilem, patrem et mentem intellectualem. Nam cum demiurgum Platonis mundo νοερῷ tribuant, eodem saepe deferre coguntur Chaldaeorum deos secundum illius imaginem formatos. Mundus enim proprie intellectualis Proclo constat ex hebdomade duas trinitates et monadem comprehendente[2]). Et prior quidem trinitas, quam solam nunc contemplamur, complectitur Saturnum, Rheam, Iovem; his in oraculis nomina esse dicunt Ἅπαξ ἐπέκεινα, Ἑκάτην, Δὶς ἐπέκεινα. Cf. anon. Oxon. 182,8 ὧν (τῶν νοερῶν πηγῶν) πρῶτοι μέν εἰσιν οἱ τρεῖς κοσμαγοὶ κατά τινα τάξιν προειληφότες ὁ Ἅπαξ ἐπέκεινα, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Δὶς ἐπέκεινα, καὶ μεσότης (μέση τις B) ἀμφοῖν ἡ Ἑκάτη . . . ἔστι δὲ ὁ Ἅπαξ ἐπέκεινα νοῦς πατρικὸς καὶ πατὴρ τῶν νοερῶν ἁπάντων, ἄρρητον δέ τινα δύναμιν τὴν Ἑκάτην ὑμνοῦσι

[illegible] ἑαυτοὺς [illegible] τῇ ἀρρωστίᾳ τοῦ θεοῦ [illegible]
[illegible]

1) Cf. anon. Taurin. II 20 ἐπὶ τὴν ἄρρητον τοῦ πατρὸς ἕνωσιν τὴν ἑνιαιοειδῆ [illegible]. Valentinianorum Σιγῆς omnibus in mentem veniet.

2) Iamblicheam esse hanc hebdomadem ex Procl. in Tim. 94c non recte conclusit Zeller V³ 691 falso hunc locum interpretatus (cf. 694¹). Nam μετὰ non est ex; suam terminologiam et theologiam perperam sequitur Pr.; nil certius Taylori coniectura.

τῶν κοσμαγῶν ἁπάντων θεῶν (θεὸν B) καὶ νοεροῦ φωτὸς τὰ πάντα πληροῦν αὐτὴν τερατεύονται· καλοῦσι δὲ τούτους κοσμαγοὺς ἅπαντας ὡς προσεχῶς ἐπιβαίνοντας τοῖς κόσμοις ὅλοις· ὁ δὲ δὶς παρ' αὐτοῖς ἐπέκεινα μεταδίδωσιν ἑαυτοῦ τοῖς κόσμοις καὶ κατασπείρει εὔλυτα φέγγη[1], ἵνα καὶ τοῖς ἐκείνων χρήσωμαι ῥήμασι. Cf. Psell. 1152ª hyp. 6.7 Procl. in Crat. 64,3 αἱ δὲ θεοπαράδοτοι φῆμαι τὴν θεότητα ταύτην τῷ ἅπαξ χαρακτηρίζουσι λέγουσαι ἅπαξ ἐπέκεινα. 56,8 etc. At quotquot afferunt oracula quibus de his dis aliquid narrari aiunt — neque exiguus est numerus — nusquam in eis Ἅπαξ et Δίς commemorantur. Casui hoc tribuent homines cautiores: sed alia aperta est via. Dicit enim Damascius I 240,22: ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Διΐῳ νῷ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ θεῷ πάντες εἰσὶ καθ' ὕπαρξιν, οἱ μὲν ὁλοτελῶς προϊόντες καὶ τῷ ὅλῳ συνωνυμοῦντες, ὡς οἱ ἑπτὰ δὶς ἐπέκεινα δημιουργοὶ παρὰ τοῖς θεουργοῖς. 237,11: ὡς ὁ ἑπταχῆ προϊὼν ὅλος δημιουργὸς παρὰ τοῖς Χαλδαίοις· Δὶς γὰρ ἕκαστος ἐπέκεινα ἀνυμνεῖται. Veri aliquid subesse manifestum est; in oraculis neque Δίς neque eius progenies apparet; num nimiae erit audaciae, si deprehendere mihi videor alterius systematis vestigia cum Chaldaico commixti, quae etiam alia via indagavi (p. 7)? Ad I u l i a n u m t h e u r g u m dudum revocarunt Iuliani imperatoris locum or. V 172ᵈ εἰ δὲ καὶ τῆς ἀρρήτου μυσταγωγίας ἁψαίμην, ἣν ὁ Χαλδαῖος περὶ τὸν ἑ π τ ά κ τ ι ν α θ ε ὸ ν ἐβάκχευσεν ἀνάγων δι' αὐτοῦ τὰς ψυχάς, ἄγνωστα ἐρῶ καὶ μάλα γε ἄγνωστα τῷ συρφετῷ, θεουργοῖς δὲ τοῖς μακαρίοις γνώριμα (cf. Procl. in Tim. 11ᵉ Lobeck Agl. 101); ex his septem radiis nullo negotio septemplicem illam generationem elicere poterant Platonici. Iuliani autem aut quisquis fuit si proprius est Δίς, etiam Ἅπαξ; quem ideo in oracula illatum esse censeas, quod πῦρ ἐπέκεινα τὸ πρῶτον eis celebrabatur.[2] Sed ex quibus filis commenta sua contexuerint Platonici, numquam prorsus enucleabimus.

[1] Quaecunque a deo exeunt, fulminum radiorum lucis naturam habent. Etiam serendi imago frequentissima.

[2] Hominibus cognominibus in titulis addi δίς, τρίς, τετράκις satis constat: Franz CIG III 1163s. K. Keil Philol. V 663 ss. Papers of the Amer. school II n. 38 50 etc. III 414. 534. Ceterum mentione dignum est Proclum et Saturnum, qui pater mentium est, et cuiuslibet trinitatis infimum deum νοῦν πατρικόν appellare potuisse. Cf. Dam. II 16,12 (de primo loquitur): μᾶλλον δὲ ὥς αὐτοί οἱ θεοὶ λέγουσι θεὸν καὶ αὐτόν, ὥσπερ τοὺς ἄλλους καλοῦντες πατρικοὺς τῆς ἐφεξῆς. I 289,29. 302,20. Procl. th. pl. 326 ex.

His explosis fragmenta tractare pergamus. Non omni difficultate carent haec:

εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε πατρὸς τέμνεσθαι ἅπαντα,
οὗ τὸ θέλειν κατένευσε καὶ ἤδη πάντ' ἐτέτμητο.

Procl. in Parm. 1091,6. Dam. I 253,25. II 60,28. 62,28, contra quorum consensum οὗ in ᾧ mutare nolui.[1]) Qui adnuit, pater est: ergo mens eius quodammodo ab eo disiungitur. Simile quid alibi dictum erat, cf. Dam. II 58,20 ἐροῦμεν τὴν νοητὴν τομὴν πάσης τμήσεως ἄρχειν κατὰ τὸ λόγιον. Cf. 56,29. Trinitas e monade exorta totum mundum pervadit:

παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριάς, ἧς μονὰς ἄρχει

Dam I 87,3. II 87,14. cf. Procl. th. pl. 271,14. — Ibid. 386,27 κατὰ τὸ παντελὲς τῆς τριάδος μέτρον ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πρωτίστων νοητῶν καὶ μέχρι (an μέχρι καὶ?) τῶν ἐσχάτων προεληλυθὸς καὶ τὰ πάντα μετροῦν καὶ ἀφορίζον, ὡς τὰ λόγιά φησι. Solus Lydus de mens. 20,7 exhibet haec: πάντα γὰρ τὰ νοητὰ ἐν τῇ τριάδι περιέχεται καὶ πᾶς ὁ θεῖος ἀριθμὸς ἐν τῇ τάξει ταύτῃ προελήλυθεν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Χαλδαῖος ἐν τοῖς λογίοις

τῆσδε γὰρ ἐν τριάδος κόλποισιν ἐπάρχεθ' (?) ἅπαντα

καὶ πάλιν·

τῆσδε γὰρ ἐκ τριάδος πᾶν πνεῦμα πατὴρ ἐκέρασσε (-ρασε ed.),

sed quem Chaldaeum qualemque triadem dicat nescimus. Quod autem τριγλώχινα vocari mentem paternam affirmat Damascius (I 254,1. II 62,29. 95,23), fortasse ex uno illo versu deductum est:

ἀλκῇ τριγλώχινι νόον ψυχήν θ' ὁπλίσαντα (cf. infra).

Quod vero ob hanc omnium rerum divisionem νοεραῖς ἀστράπτειν τομαῖς eum volunt (Procl. in Tim. 216b 219b. th. pl. 270,32. 326,6 etc. Dam. I 315,22), aperta est fraus: nam ad singulorum hominum mentes hoc pertinere scimus (p. 11 v. 4). Vides quantopere ab argutiis inde a Porphyrio propagatis atque auctis cavendum sit.

Intelligibilia trans hunc mundum sita esse consentaneum est:

οἳ τὸν ὑπέρκοσμον πατρικὸν βυθὸν ἴστε νοοῦντες.[2])

---

[1]) Apud Procl. in Tim. 313 f sic edendum est: εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε πατρὸς ⟨τέμνεσθαι ἅπαντα⟩ * * * ⟨πατρὸς⟩ ἀιδίου νῷ πάντα κυβερνῶν. Cf. Dam. II 84,21. Simpl. in phys. 617,20 D. De triade Lobeck Agl. 385 ss.

[2]) Procl. in Crat. 62,9. Dam. II 16,6; cf. I 291,22. Simpl. in phys. 614,5 etc. Recte Dam. I 284,7: τὸν κρύφιον διάκοσμον ... ἓν ὡς (sic. leg.) ἀδιάκριτον καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κοσμικὴν σύνταξιν τεταγμένον ὑπέρκοσμον οἱ θεοὶ ἀνυμνήκασιν. Valentiniani

Ad deos intellectuales (p. 30 s.) haec dici fortasse propterea affirmant Platonici, quod de νοοῦσιν agitur; sic autem omnes homines quicunque mentis erant capaces vocari poterant.[1]) Hic mundus transmundanus, utpote qui ideas complecteretur, omnium rerum quasi semina continebat:

πάντ' ἐστὶ γάρ, ἀλλὰ νοητῶς.

Dam. I 147,27. 153,20 etc. De hoc igitur dicuntur, quae ad τὸν Ἅπαξ aiunt pertinere: ἔστι γὰρ ὥς φησι τὸ λόγιον ἀμιστύλλευτος καὶ ἑνοειδὴς καὶ ἀδιαίρετος καὶ πασῶν συνοχεὺς τῶν πηγῶν Procl. in Crat. 63,10. cf. Dam. II 148,10 etc.[2]) Idem valet de versu:

πηγὴ τῶν πηγῶν, μήτρα συνέχουσα τὰ πάντα,

quem ad tertium ordinem intelligibilem (Orphei Phanetem, Platonis αὐτοζῷον) spectare dicunt Platonici.[3]) Dubium est ad utram mentem pertineant quae congerit Procl. in Tim. 128[b] ἡ τρίτη τοίνυν τριὰς ἡ νοητὴ τὸ αὐτοζῷον, περὶ ἧς καὶ τὰ λόγιά φησιν, ὅτι ἐργάτις (cf. th. pl. 166 ex. Dam. II 51,27. 60,23), ὅτι ἐκδότις ἐστὶ πυρὸς ζωηφόρου, ὅτι καὶ τὸν ζῳογόνον πληροῖ τῆς Ἑκάτης κόλπον καὶ ἐπιρρεῖ τοῖς συνοχεῦσιν

ἀλκὴν ζείδωρον πυρὸς μέγα δυναμένοιο.

Quamquam alteram dici verisimilius, ad quam etiam ἐργοτεχνίτης nomen rettulerim (Procl. in Tim. 4[c], ubi ἔργον τεχνίτου perperam traditur; 166[e] cf. 44[a]; ex oraculis forsitan Iambl. de myst. 9, 2 τῶν περὶ τὴν φύσιν ἐργοτεχνιτῶν). De Hecate et συνοχεῦσιν, quos deos minores esse apertum est, infra expositurus

summum deum βυθὸν nominarunt (Iren. I 1.1. 11.1. Hippol. 274.6 etc.), sed hic βυθὸς eorum pleromati respondet.

[1]) Haud aliter accipio τόνδε (patrem) νοεῖ πᾶς νοῦς θεὸν Dam. II 16.16; τροφὴ τῷ νοοῦντι τὸ νοητόν (Procl. in Tim. 6[d]. in Crat. 97,23. in remp. 396.14 B th. pl. 261 ex. etc. Dam. I 146.15; ideo fortasse omnes deos μεθεκτοὺς e mente paterna originem ducere ait Dam. II 96,7) alicubi dictum erat secundum Plat. Phaedr. 146[e] τούτοις δὴ τρέφεταί τε καὶ αὔξεται μάλιστά γε τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα. cf. Philo leg. all. III 61 τρέφεται δὲ τῶν μὲν τελειοτέρων ἡ ψυχὴ ὅλῳ τῷ λόγῳ.

[2]) Cf. Archyt. ap. Stob. I 316,13 ἔτι ὁ μὲν νόος ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετος καθάπερ μονὰς καὶ στιγμή.

[3]) Dam. I 242,18. 274,7. II 67,1 etc. De fontibus cf. Usener RU I 34,18, infra passim. Philo de opif. 65.20 C. αἱ ἀέναοι πηγαὶ τῶν τοῦ θεοῦ χαρίτων et Cohnii indicem. Iren. I 12,2 de deo πηγὴ πάντων τῶν ἀγαθῶν. Herm. ap. Stob. I 467,15 πάντων γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς, ὦ τέκνον, διὰ λόγου καὶ ἔργου πραγμάτων ἕν εἰσιν αἱ πηγαί 14,9 P.

sum: ignem tantam habere vim non mirabimur, quoniam summos deos igneos esse vidimus. Iam adiungere licet versus:

ἔνθεν ἀποθρώσκει γένεσις πολυποικίλου ὕλης.
ἔνθεν συρόμενος πρηστὴρ ἀμυδροῦ πυρὸς ἄνθος
κόσμων ἐνθρώσκων κοιλώμασι. πάντα γὰρ ἔνθεν
ἄρχεται εἰς τὸ κάτω τείνειν ἀκτῖνας ἀγητάς[1]).

Hinc fortasse Aen. Gaz. 51 (p. 6), cf. Procl. in Tim. 142ᵃ ἐπεὶ μαθησόμεθα διὰ παντὸς τοῦ κόσμου τὴν ὕλην διήκειν, ὥσπερ καὶ οἱ θεοί φασι. Psell. hyp. 27 καὶ ἡ μὲν ὕλη πατρογενής ἐστι. Praeceptum est quorundam Pythagoreorum materiam e monade deducentium (Zeller I⁵363¹ V³114¹. Möller Gesch. d. Kosmol. 33 ss.) et omnium fere Platonicorum. Fulmen descendens non transmundani ignis vim hebetat, sed ipsum quanto longius procedit tanto magis evanescit; fulmine κατευθύνειν κοινὸν λόγον Iovem dicit Cleanthes hymn. 11 (cf. Thilo III 14 adn.). De multitudine mundorum cogitandum non est, sed mundi sunt sidera, cf. Aet. 343ᵇ 15 Diels: Ἡρακλείδης καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν γῆν περιέχοντα καὶ ἀέρα ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰθέρι. ταῦτα δὲ τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς φέρεσθαι. κοσμοποιοῦσι γὰρ ἕκαστον τῶν ἀστέρων Orph. fr. 1. 81. Ex Orphicis autem hunc dicendi usum in oracula devenisse admodum est notabile. Cum extremis cf. Herm. trism. 82,10 P. τοῦ μὲν θεοῦ καθάπερ ἀκτῖνες αἱ ἐνέργειαι. – Ex eadem fere carminis parte sumpti sunt hi versus:

τοῦδε γὰρ ἐκθρώσκουσιν ἀμείλικτοί τε κεραυνοὶ
καὶ πρηστηροδόχοι κόλποι παμφεγγέος αὐγῆς
πατρογενοῦς Ἑκάτης καὶ ὑπεζωκὸς πυρὸς ἄνθος
ἠδὲ κραταιὸν πνεῦμα πόλων πυρίων ἐπέκεινα[2]).

Hecate hic lunae dea esse videtur: extrema falso vertit Thilo I 7 „succinctus ignis flore fortisque spiritus, igneis polis superior“ sc. Amor. Immo vertendum est: subiectus ignis (cf. infra) et validus spiritus, qui est trans polos igneos. Namque πνεῦμα ἄπειρον trans ignem extremum posuerunt Pythagorei (Zeller I⁵ 436¹). Amor ab hoc loco alienus.

[1]) Procl. in Tim. 137ᶜ; mutato ordine (3ᵇ 4.1) Dam. I 251.15, v. 1 Procl. in Tim. 118ᶜ, v. 2.3ᵃ th. pl. 172,6 v. 3ᵇ, 4 ib. 171.9. In v. 1 ἔνθεν ἤδη θρώσκει legisse videtur Proclus.

[2]) Procl. in Crat. 63.4. 85.22. Dam. II 89.31. 133.3, qui ad Saturnum solito consensu referunt.

In his novarum dubitationum insunt semina, quarum prima est 'de ἀμειλίκτοις. Adiungunt enim philosophi unicuique deorum intellectualium ἀμείλικτον suum oracula se sequi affirmantes. Dam. II 131,22 ἀλλ' ἐπεὶ ἡ φύσις ἤδη πρόπυλος ἦν, προεβλήθησαν καὶ οἱ τὴν ἀκλινῆ παρεχόμενοι τοῖς νοεροῖς (νοητοῖς M?) πρὸς τὰ δεύτερα δύναμιν ἀμείλικτοι, τριῶν ὄντων καὶ αὐτοὶ <τρεῖς> γενόμενοι. Cf. 150,23. anon. Oxon. 182,11. Quodsi quaerimus unde hoc hauserint, nihil proferunt nisi hos ipsos versus. Dam. II 133,1 ἤδη δὲ καὶ (fort. παρ' add.) αὐτοῖς τοῖς θεοῖς πρῶτος ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα τὴν ἑβδομάδα προβάλλεται, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀπὸ τούτου κατὰ μέθεξιν· τοῦδε γάρ κτλ. At hebdomadem frustra quaeris, quam ex dogmate Procliano intulit; inexorabiles non sunt di quos cum Curetibus confundas (Procl. th. pl. 253), sed fulmina divinae potentiae nuntia. Neque aliud quicquam spectat Dam. II 134,28: ἔτι δὲ καὶ οἱ θεοὶ ἐν τοῖς πατράσι φασὶν οἷον συνειλῆφθαι τοὺς ἀμειλίκτους (nam quod ex aliquo emittitur, antea in eo insit necesse est, ut ipse ait II 90,6 acutissime) aut Procl. th. pl. 265,3 τούτου δὲ αἴτιον ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Κρόνος ὑποστάτης ἐστὶ τῶν ἀκηλήτων θεῶν καὶ τῆς ἀμειλίκτου τριάδος. Nec magis Platonicorum commentis favent versus:

νοῦς πατρὸς †ἀρχαῖς ἐποχούμενος ἰθυντῆρσιν,
ἄγναμπτον στράπτουσιν ἀμειλίκτου πυρὸς ὁλκοῖς.[1]

quos ita affert Procl. in Crat. 62,27 de Saturno loquens: διὸ καὶ ἐν τοῖς λογίοις τὴν πρωτίστην πηγὴν τῶν ἀμειλίκτων λέγεται περιέχειν, ἐποχεῖσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· νοῦς κτέ. At fons nullus; quem aliunde huc transtulisse Proclum manifestum est.

Ultimum deum intellectualem esse τὸν ὑπεζωκότα omnes testes consentiunt: Procl. in remp. 71,38 P. μιμούμενος τὴν νοερὰν πηγὴν τῆς τῶν ὄντων ἀπ' ἀλλήλων διακρίσεως, ἣν ὑπεζωκότα καλεῖν ἔστιν ἔθος τοῖς ἐκ τῆς βαρβάρου θεοσοφίας, et hanc monadem seiungentem cum duabus triadibus κοσμαγῶν et ἀμειλίκτων complere numerum septenarium deorum intellectualium proprium affirmant (th. pl. 249 s. 254). At non habent quo hoc comprobent praeter subiectum illum ignem et versum:

[1]) In ἀρχαῖς lateat forsitan ἀλκαίοις; ἄγναμπτον scripsi pro ἄκαμπτον. Sulcos similiter adhibet Apoll. Rh. III 141 ἀστὴρ ὣς φλεγέθοντα δι' ἠέρος ὁλκὸν ἵησιν, 1377 οἷος δ' οὐρανόθεν πυρόεις ἀποπάλλεται ἀστὴρ ὁλκὸν ὑπαυγάζων. — Deos in-

ὡς γὰρ ὑπεζωκώς τις ὑμὴν νοερὸς διακρίνει.[1])

Videntur igitur hac tunica ab igni illo svbiecto fortasse non diversa transmundana dirimi a mundanis; intellectualis vocatur, quod ex „igni intellectuali“ constat.

Quoniam deos inexorabiles et subiectum explosimus, iam omne de septenario numero decretum aboleamus. Quem in oraculis nusquam deprehendimus[2]), immo usquequaque ternarium regnare vidimus et videbimus. Quodsi Proclus ubi ad deos intellectuales pervenit, ad septenarium transit, non sine auctore eum hoc ausum esse putabimus; nam ante eum Iamblichum idem docuisse ei non credo (p. 16,2). Aut igitur Orpheum secutus est septem filios septemque filias Caelum et Terram gignentes facientem aut — id quod praeferendum — septem illos Iuliani Δὶς ἐπέκεινα (p. 17); ab his igitur profectus unumquemque horum deorum rursus hebdomadem procreare dixit, th. pl. 255,21 ἀπὸ τῆς θείας ἄρα νοερᾶς ἑβδομάδος εἰς ἑκάστην εἰσιούσης ὑπέστη τὸ τῶν ἑβδομάδων τῶν ἑπτὰ πλῆθος et saepius[3]). Quod autem toties a demiurgo μερικαί deorum σειραί initium capere dicuntur, duobus maxime innititur locis, versibus Homericis quibus deos alloquitur Iuppiter (Θ 19 ss.):

σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες
πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι.

Noctisque Orphicae ad Iovem pronepotem consilio (fr. 122):

αὐτὰρ ἐπὴν δεσμὸν κρατερὸν περὶ πᾶσι τανύσσῃς
σειρὴν χρυσείην ἐξ αἰθέρος ἀρτήσαντα[4]).

exorabiles ante Proclum statuerat Iamblichus, si fides Damascio I 241,26. Ex Proclo Maximus Confessor ad Dionys. Areop. I 115 Cord.

[1]) Dam. II 131,27 ἀλλ' ἐπεὶ καὶ διάστασις ἐν τούτοις, ἐχρῆν καὶ τὴν διακρίνουσαν ἐκφανῆναι αἰτίαν, ἣν ὑπεζωκότα δὲ αὐτὸ τοῦτο κεκλήκασιν οἱ θεοί· ὡς κτλ. Psell. epit. in Xiphil. IV 153 Sathas. Triadicam esse hanc monadem vult Dam. II 132,4. Similia sunt Epicureorum *flammantia moenia mundi*: Zeller IV³ 411² et Valentinianorum ὅρος Hippol. 276,46 καλεῖται δὲ ὅρος μὲν οὗτος, ὅτι ἀφορίζει ἀπὸ τοῦ πληρώματος ἔξω τὸ ὑστέρημα. Clem. exc. Theod. 42 p. 246 Bunsen. Herm. trism. 74,12 P.

[2]) Mentitur Dam. II 128,19 ἀπὸ τῆς τάξεως ταύτης ἄρχεται ἡ νοερὰ διαίρεσις ἑβδομαδικῶς νῦν καὶ αὐτὴν οἱ θεοὶ παράγουσιν. 131,11. 133,1 (p. 21)

[3]) Procl. in remp. 79,11 P. οὕτω καὶ τῶν θεολόγων πολλαχοῦ τὰς οὐρανίας ζώνας διπλασιαζόντων ἐν ταῖς ὑπὸ σελήνην et Dam. II 232,15 ὥσπερ καὶ οἱ Χαλδαῖοι τὰ ὑπουράνια γένη τῶν οὐρανίων διπλάσια παραδεδώκασιν Iuliani dogmata spectare videntur.

[4]) Dam. II 87,2. — 59,20 ὁ δὲ μερισμὸς ἐμφανὴς ἀπὸ τῆς πηγαίας Ἑκάτης

In oraculis catenis locus non fuit; fontibus fuisse constat; nec tamen fides talibus commentis qualia profert anon. Oxon. 182,7: καὶ τῶν νοερῶν πηγῶν τὰς διακοσμήσεις, ἅς καί φασιν ἑπτὰ κεραυνούς: quod unde ortum sit iam perspicis. 183,12 οὕτω καὶ (δὲ B) ὁ δὶς ἐπέκεινα ἔχει πλῆθος πηγῶν τὰς μὲν περὶ αὐτόν (αὐτοῦ B), τὰς δὲ ἐν αὐτῷ· τήν τε τῶν ἰδεῶν πηγήν, τὴν κεραύνιον, τὴν τῶν διοπτρῶν: idearum et fulminum fontem alterum extare alterum confictum esse scimus; δίοπτραι obscurae sunt, nisi cum speculo Orphico (fr. 195 ss.) coniunctas esse quis statuat. Praeter hos etiam ἡλίου αἰσθήσεως (cf. Procl. in Tim. 164 c) καθαρτηρίων τελετῶν χαρακτήρων (quam ἐπιβατεύειν dicit τοῖς ἀγνώστοις συνθήμασι 1152 a) Εὐμενίδων τελεταρχῶν fontes e demiurgo emanantes novit Psell. hyp. 12 s. Solis fons inde quod solem cum reliquo mundo creat; de perceptione supra diximus p. 14,2; symbola et synthemata a mente paterna in mundum dispergi constat (cf. infra): hinc characterum fons (cf. Porph. ad Marc. 14. hymn. Orph. 1,25. Wessely ind. papyr.); teletarchae cur a demiurgo effluere dicuntur mireris, sunt enim ante eum secundum Proclum: sed hoc inde explicandum quod mentem oraculorum in complures deos discerpsit, nisi ad Pselli errorem confugere mavis. De ceteris ingenium non torquebimus; nam cum fons fontium dictus esset mundus intelligibilis, quotquot volebant fontes in eo reponere poterant boni Platonici.

Longa fuit, sed ut spero haud infructuosa digressio. Sed nunc ad ea fragmenta revertamur, quibus mentis actiones describuntur. Quorum facile gravissimum est hoc:

νοῦς πατρὸς ἐρροίζησε νοήσας ἀκμάδι βουλῇ
παμμόρφους ἰδέας, πηγῆς δὲ μιᾶς ἀποπτᾶσαι
ἐξέθορον· πατρόθεν γὰρ ἔην βουλή τε τέλος τε.
ἀλλ' ἐμερίσθησαν νοερῷ πυρὶ μοιρηθεῖσαι
εἰς ἄλλας νοεράς· κόσμῳ γὰρ ἄναξ πολυμόρφῳ
προύθηκεν νοερὸν τύπον ἄφθιτον, οὗ κατ' ἄκοσμον
ἴχνος ἐπειγόμενος μορφῆς μέτα κόσμος ἐφάνθη,
παντοίαις ἰδέαις κεχαρημένος· ὧν μία πηγή,
ἐξ ἧς ῥοιζοῦνται μεμερισμέναι ἄλλαι ἄπλατοι

ἄρχεται καὶ μάλιστα ἀπὸ τοῦ δὶς ἐπέκεινα. 89,20. 177,23. Procl. th. pl. 247,17. Fontibus particularibus qui opponantur universales non sunt; tamen hos quoque comminiscitur Dam. II 87,16. 88,8; quem locum cur inter „nova" fragmenta Orphica ediderit Kern Herm. 23,484 s. nescio.

ῥηγνύμεναι κόσμου περὶ σώμασιν. αἳ περὶ κόλπους
σμερδαλέους σμήνεσσιν ἐοικυῖαι φορέονται
στράπτουσαι περί τ' ἀμφὶ παρασχεδὸν ἄλλυδις ἄλλῃ.
ἔννοιαι νοεραὶ πηγῆς πατρικῆς ἄπο πουλὺ
δρεπτόμεναι πυρὸς ἄνθος ἀκοιμήτου χρόνου ἀκμῇ.
ἀρχεγόνους ἰδέας πρώτη πατρὸς ἔβλυσε τάσδε
αὐτοτελὴς πηγή.[1])

Mentem patris a patre diversam non esse vides ex vv. 3. 15. Igneae sunt ideae ut omnia, quae e transmundanis egrediuntur: Stoica et Platonica coniuncta ita fere ut coniunxit Philo (Zeller V³ 360 ss.). Ideas mundanis corporibus illidi et frangi quomodo animo finxerit poetaster nescio. Ceterum mundus igneus in versu illo: νοῦ γὰρ νοῦς ἐστιν ὁ κόσμου τεχνίτης πυρίου (p. 13 s.) ab idearum mundo vel ideo diversus, quod hic a primo deo cogitatur (v. 1), ille ab altero fabricatur; ibi igitur extremam huius mundi partem sidera continentem dici puto, quorum ignis a transmundano diversus est. Praeterea memorabile est obscurum et incompositum dicendi genus; saepius eadem res narratur. — Ad ideas pertinet etiam versus valde corruptus in A:

ἔννοιαι πατρὸς αἰδεύμεθα σε μον ειλμένον πῦρ.

Procl. in Parm. 895,7 τὰς γοῦν ἐν ἐκείνῳ πρώτως ὑφεστώσας ἰδέας ἡμῖν ἑρμηνεύοντα τὰ λόγια κέκληκεν αὐτὰς ἐννοίας πατρικὰς ὡς οὔσας δημιουργικὰς νοήσεις διὰ τὴν τῶν νοήσεων πρὸς τὰ νοούμενα μίαν ὑπόστασιν· λέγει γοῦν· ἔννοιαι κτέ. Sciens hariolor:

ἔννοιαι πατρός, αἰθόμενον σέλας, εἰλικρινὲς πῦρ.

ἐννοιῶν nomen (etiam supra v. 13) Stoicum.

¹) Omnia affert Procl. in Parm. 800,11 cf. 801,27. V. 1. 2. ibid. 935,10 cf. in Tim. 97ᵇ. Dam. II 178,1; ad v. 5. 6. cf. Procl. in Tim. 103ᵉ, ad v. 10 11 ibid. 267 f. De idearum fonte Dam. II 176,22. anon. Oxon. 183,13. Psell hyp. 12. Codicis A lectiones (Paris. 1810 bomb. saec. XIII) eximiae Heibergi debeo benignitati; v. 2 ἀποπτεῦσαι (positionis ante πτ neglectae praeter Homericum Αἰγύπτιος nullum novi exemplum nisi Plat. Phaedr. 252ᶜ quod ipse haud emmetrum vocat; or. Sib. VII 144?) 3 ἐξέθορε, ον ss. m. rec. — 5 εἰς ἄλλας εἰς νοερά corr. Patricius 6 κατὰ κόσμον, correxi — 8 πάντ' εν ἰδέαις ut vid., corr. Patr. [illegible], correxi 12 στράψουσαι. corr. Thilo I 27 (qui ad περί τ' ἀμφί confert Synes. hymn. 1.49 περί τ' ἀμφί με πετᾶσαι) — 13 πνοαί 14 δρεπτόμεναι.

Inter deos, quos in mundum emittit mens, praecipuum locum tenet Amor:

ἔργα νοήσας γὰρ πατρικὸς νόος αὐτογένεθλος
πᾶσιν ἐνέσπειρεν δεσμὸν πυριβριθῆ ἔρωτος,
ὄφρα τὰ πάντα μένῃ χρόνον εἰς ἀπέραντον ἐρῶντα,
μηδὲ πέσῃ τὰ πατρὸς νοερῷ ὑφασμένα φέγγει·
ᾧ σὺν ἔρωτι μένει κόσμου στοιχεῖα θέοντα.[1])

Opera a patre excogitata sunt ideae, quas etiam intelligibilia patris opera nominari videbimus (p. 37). Amori tantum tribui ne mireris, confer Hesiod. theog. 116. Parmenid. p. 800 St. πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων, Aristoph. av. 696, Herm. trism. ap. Stob. I 397,6 in demiurgi oratione: Ἔρως ὑμῶν, ψυχαί, δεσπόσει καὶ Ἀνάγκη· οἵδε γὰρ μετ' ἐμὲ πάντων δεσπόται τε καὶ ταξίαρχοι. In rhapsodiis Orphicis cum Phanete confundebatur eximioque loco ponebatur (fr. 68 ss. 123,11. hymn. 52,10. 58). — Ad v. 5 an alio pertineat nescio quae Proclus dicit in remp. 95,19 S. ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν θείων ἀκούω τῶν λογίων λεγόντων ὅτι ἐθίσαντα τὰ στοιχεῖα τοιῶσδε ζῆν οὐ παραλλάττει τὸ ἔθος. Quae dicat elementa, docebit Iambl. de myst. 31,17: ὅπερ δὴ καὶ ὁ σύμπας μιμούμενος οὐρανὸς καὶ κόσμος τὴν ἐγκύκλιον περιφορὰν περιπολεῖ συνήνωταί τε πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ στοιχεῖα κατὰ κύκλον περιδινούμενα ποδηγεῖ. pap. Paris. 1126 (Denkschr. d. Wien. Ak. 36) χαῖρε στοιχείων ἀκοπιάτου λειτουργίας δίνησις· sunt sidera caeli. Cf. Menag. ad DL VI 102. Dieterich, Abraxas 61.

Haud longo intervallo remoti fuerunt hi versus:

δεσμῷ Ἔρωτος ἀγητοῦ, ὃς ἐκ νόου ἔκθορε πρῶτος
ἑσσάμενος πέρι πῦρ συνδέσμιον, ὄφρα κεράσσῃ
πηγαίους κρατῆρας ἑοῦ πυρὸς ἄνθος ἐπισχών.[2])

Vinculo hoc ideas contineri dicit Proclus, recte fortasse;

---

corr. Thilo, cf. p. 27 v. 2 etc. — Stoicus est ignis cogitans, cf. p. 42. Zeller IV[3] 141[2] Plotin. IV 7,4. Clem. exc. Theod. 12 p. 219. Herm. ap Stob. I 389,10 ap. Cyrill. c. Iul. I 35e.

[1]) Omnia Procl. in Tim. 155e, v. 1 ib. 166e, v. 2 ibid. 219b. in Alc. 317,36, ad. v. 4 cf. in Tim. 106a et Plotin. VI 7,15 καὶ νοῦν τὸν πάντα ἐπ' ἄκραις αὐταῖς ἱδρυμένον ὡς φέγγει νοερῷ καταλάμπεσθαι τὸν τόπον. Synes. hymn. 3,531. Carere possumus Lobeckii coniecturis (Agl. 220): ἰόντα pro ἐρῶντα v. 3, κάμῃ pro πέσῃ et συνυφασμένα v. 4, ὡς ἐν ἔρωτι μένῃ v. 5.

[2]) Procl. in Parm. 769,7 ἀλλὰ καὶ διακέκριται ἅμα καὶ συγκέκριται (τὰ νοητὰ εἴδη) δεσμῷ κτλ. in Alc. 373,13. 376,7 th. pl. 318,27: πηγαίους γοῦν κρατῆρας καὶ οἱ θεοὶ προσειρήκασι τὰς πρωτουργοὺς τῶν μερικῶν αἰτίας. in Parm. 777,9. — In v. 2 πέρι scripsi pro περὶ et κεράσσῃ pro κεράσῃ.

crateres eos esse putabimus, in quibus animae miscentur, quamquam alibi non apparent. Quos haud scio an ita miscere dicatur Amor, ut aliquam sui partem admisceat. Namque ad Mentem pertinet fragmentum:

ψυχαῖον σπινθῆρα δυσὶ κράσας ὁμονοίαις,
νῷ καὶ πνεύματι θείῳ, ἐφ' οἷς τρίτον ἁγνὸν Ἔρωτα,
συνδετικὸν πάντων ἐπιβήτορα σεμνὸν ἔθηκεν.[1])

De animae mixtione Plat. Tim. 35a; cf. Herm. trism. ap. Stob. I 389,9: πνεῦμα γὰρ ὅσον ἀρκετὸν ἀπὸ τοῦ ἰδίου λαβὼν καὶ νοερῷ τοῦτο πυρὶ μίξας ἀγνώστοις τισὶν ἑτέραις ὕλαις ἐκέρασε, ubi eandem habes mentis et spiritus divini distinctionem inde ortam, quod Platonica et Stoica confunduntur. De Amore pap. Paris. 1748 ἐπικαλοῦμαί σε τὸν ἀρχηγέτην πάσης γενέσεως, τὸν διατείναντα τὰς ἑαυτοῦ πτέρυγας εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον, σὲ τὸν ἄπλατον καὶ ἀμέτρητον εἰς τὰς ψυχὰς πάσας ζῳογόνον ἐμπνέοντα λογισμόν, τὸν συναρμοσάμενον τὰ πάντα τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει. 1762: ὁ κρύφιμος καὶ λάθρα ἐπινεμόμενος πάσαις ψυχαῖς πῦρ ἀθεώρητον. — Ab hoc Amore divino Platonem secuti (symp. 180c ss. cf. Lobeck Agl. 1097 ss.) discreverunt vulgarem, quem πνιγμὸν ἔρωτος ἀληθοῦς vocatum esse testatur Proclus in Alc. 417,10. in remp. 399,6 B., cf. ib. 121,32 S. διὸ καὶ τὰ λόγια παρακελεύεται πλατύνειν (de μηδὲ βαθύνης τοὐπίπεδον cf. infra) ἡμῖν διὰ τῆς ἀπολύτου ζωῆς ἑαυτούς, ἀλλὰ μὴ ἀποστενοῦν πνιγμὸν ἔρωτος ἀληθοῦς ἐφελκομένους ἀντὶ τῆς εἰς τὰ ὅλα ἀνατάσεως. — Ad divinum Amorem revocandus est Procli locus th. pl. 4,25: ἔρωτι μὲν βαθεῖ κατὰ τὸ λόγιον ἀναπλήσας τὴν ψυχήν.

Cum amore aliquo loco πίστις et ἀλήθεια coniunctae fuerunt. Procl. in Alc. 365,27: καὶ τρεῖς κατὰ ταύτας τὰς νοητὰς αἰτίας (ἀγαθόν, σοφόν, καλόν) ὑφίστανται μονάδες, κατ' αἰτίαν μὲν ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσαι καὶ ἑνοειδῶς, ἐκφαινόμεναι δὲ πρώτως ἐν τῇ ἀφθέγκτῳ τάξει τῶν θεῶν (p. 40), πίστις καὶ ἀλήθεια καὶ ἔρως: et 357,12 de eadem trinitate dicit:

πάντα γὰρ ἐν τρισὶ τοῖσδε (φησὶ τὸ λόγιον) κυβερνᾶταί τε καὶ ἔστιν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς θεουργοῖς οἱ θεοὶ παρακελεύονται διὰ τῆς τριάδος ταύτης ἑαυτοὺς τῷ θεῷ συνάπτειν, ubi num eosdem dicat theurgos quibus oracula data sunt obscurum est.[2])

[1]) Lyd. de mens. 4,20 κἂν εἰ τὸ λόγιον ἄρρεν τὴν ψυχὴν τριάδα θείαν παραδίδωσι· φησὶ γὰρ οὕτως (ὁ αὐτὸς ed.) ψυχαῖον κτλ. In v. 2 scripsi πνεύματι pro νεύματι. Ad v. 3 cf. Procl. in Alc. 372,28.

[2]) πηγαίαν τριάδα i. e. gignentem vocat Psell. 1152a hyp. 11; idem aliis verbis dicit Procl. in Alc. 356,36; cf. th. pl. 62,33. 193 ex. Spem addit in Tim

Denotandus est numerus ternarius, qui redit in simili copulatione Dam. II 45,10: διὰ τοῦτο οἶμαι καὶ ἐφάνησαν ἐν αὐτῇ ἥ τε ἀρετὴ καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ πολύφρων ἀτρέκεια κατὰ τὸ λόγιον de medio ordine intellectuali; virtutem et sapientiam cum εὐνομίῃ coniunctas postea inveniemus.

Et difficilis est et laceratus locus quo de aeone loquitur Procl. in Tim 242[d]: διὸ καὶ ὑπὸ τῶν λογίων πατρογενὲς φάος εἴρηται, διότι δὴ τὸ ἑνοποιὸν φῶς πᾶσιν ἐπιλάμπει·

πολὺ γὰρ μόνος ἐκ πατρὸς ἀλκῆς
δρεψάμενος νόου ἄνθος ἔχει τὸ νοεῖν πατρικὸν νοῦν
<καὶ νόον> ἐνδιδόναι πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς
καὶ δινεῖν αἰεί τε μένειν ἀόκνῳ στροφάλιγγι.

πατρικῆς γὰρ θεότητος διακορὴς ὢν ἣν καλεῖ νοῦ ἄνθος νοῦν ἐπιλάμπει τοῖς πᾶσι καὶ τὸ ἀεὶ ὡσαύτως νοεῖν καὶ ἐρωτικῶς περὶ τὴν πάντων ἀρχὴν στρέφεσθαι καὶ ἐνεργεῖν [1]). Ex Platonis Timaeo haec sumpta; nam huius quoque aeon ipse quidem penes summum deum est et in uno manet (37[d]), sed exemplar est temporis rerum mundanarum motionem regentis. De fontium et ἀρχῶν coniunctione infra dicturus sum.

Omnino adhuc neglexinus Hecaten, quam inter duos mundi rectores ita interserunt Platonici, ut modo cum hoc modo cum illo eam coniungi perhibeant. Cum enim dicatur:

μέσσον τῶν πατέρων Ἑκάτης κέντρον πεφορῆσθαι [2]).

patres hos τὸν Ἅπαξ et τὸν Δίς esse volunt philosophi (anon. Oxon. 182,8. 183,1. Psell. 1152[a]. hyp. 6. 7), nos illis exterminatis mentes substituemus, nisi in his tenebris iudicium cohibere

65[d], quae commemoratur versu: ἐλπὶς δὲ τρεφέτω σε πυρήοχος Olymp. in Phaed. 31,21. 34,3. Cf. Philo de praem. 2 p. 409 s. Gfrörer Urchristent. I 445 s. Porph. ad Marc. 24 τέσσαρα στοιχεῖα μάλιστα κεκρατύνθω περὶ θεοῦ· πίστις, ἀλήθεια, ἔρως, ἐλπίς. pap. Paris. 1013: περιβεβλημένος τῷ τῆς ἀληθείας καὶ πίστεως κύκλῳ.

[1]) Cf. th. pl. 149,17 καὶ τῆς ἀόκνου κατὰ τὸ λόγιον ἐνεργείας ὁ αἰὼν <αἴτιος> 219 ex in Parm. 1161,28 τὰ δὲ λόγια πάσας πηγὰς ἀποφαίνεται (τὸν αἰῶνα) καὶ ἀρχὰς δινεῖν ἀεί τε μένειν ἀόκνῳ στροφάλιγγι. Dam. II 21,15. 29,17. In v. 1 μένος conicias mentisque florem ipsam patris cognitionem esse existimes. v. 3 καὶ νόον add. Schneider, v. 4 καὶ δινεῖν dubitanter scripsi pro καὶ τὸ νοεῖν. Ad initium cf. p. 24 v. 13 s., ad στροφάλιγγι cf. hymn. Orph. 10,22 fr. 235. Didym. de trin. III 1, 324. — Gnosticos respicit Dam. II 33,24: ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς οἱ θεολόγοι τοὺς πολυμόρφους θεοὺς αἰῶνας καλοῦσι διὰ τήνδε τὴν φύσιν τοῦ πρώτου αἰῶνος;

[2]) Dam. II 164,18; cf. 154,17. Procl. th. pl. 265 ex. etc. Sed non ideo ἀμφιφαής appellata est, ut significat Dam. I 315,20. II 152,22 (cf. Procl. in Tim 179[e]), sed quod utraque manu faces gestat.

praestat. Certe proxime summum deum habitet necesse est, quae animam mundanam continet. Dicit enim Proclus in remp. 59,30 P. τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ τὰ λόγια λέγειν τὸ φῶς, ἡνίκα ἂν διδάσκοντα περὶ τῆς ψυχώσεως, ἣν ἡ πηγὴ τῶν ψυχῶν τὰ πάντα ψυχοῖ, λέγῃ·

δεξιτερῆς μὲν γὰρ λαγόνος περὶ χήραμα χόνδρων
πολλὴ ἄδην βλύζει ψυχῆς λιβὰς ἀρχιγενέθλου
ἄρδην ἐμψυχοῦσα φάος πῦρ αἰθέρα κόσμους.[1]

Multa in his obscura. Ut de mira Hecates forma taceam, quomodo anima a deo mixta in Hecaten pervenit? Utile erit in memoriam revocare locum illum, quo alterutra mens deae sinum complere dicitur (p. 19). At nonne de eadem anima dicitur:

μετὰ δὴ πατρικὰς διανοίας
ψυχὴ ἐγὼ ναίω θέρμη ψυχοῦσα τὰ πάντα?[2]

Conicias animam mundanam (Hecaten?) theurgo apparuisse summaque mysteria prodidisse ut Marco gnostico Σιγήν (Iren. I 14,1 ss). Sed summam interpolationis suspicionem movet hoc fragmentum, quae augetur patris mentis animae oppositione prorsus Plotiniana (cf. maxime V 1. Plotiniana etiam in pap. Leid. 183,46. 184,81). Ad illos autem versus ut redeamus, mundi hic quoque ponuntur pro sideribus; lux et ignis multarum dubitationum ansam dederunt Proclo nec nobis in promptu est explanatio. Nam ut igni mundi moenia significentur, restat lux.

Huic fragmento respondet alterum:

λαιῆς ἐν λαγόσιν Ἑκάτης ἀρετῆς πέλε πηγὴ
ἔνδον ὅλη μίμνουσα τὸ παρθένον οὐ προιεῖσα.[3]

[1]) V. 3 ter affert Simpl. in phys. 612. 615. 617 D. disputans contra Procli libros περὶ τόπου (schol. 58,25 Pitra; recte igitur Diels ad 611,11, sine causa dubitat Zeller V³ 780¹), ad v. 2 cf. Procl. in Tim. 318ᵃ. Animae fontem in Hecate esse haud raro tradunt: Procl. de prov. 179,22 *qui autem a deo traditi sermones* (τὰ δὲ θεοπαράδοτα λόγια) *fontem per se* (?) *laudant* (ὑμνεῖ) *omnis animae* ἐμπυρίας <αἰθερίας ὑλαίας> . . . *et hunc seiungunt* (ἐξάπτει) *ex toto* ζῳογόνῳ θεῷ. th. pl. 372,5. 373 ex. Dam. II 235,8. Psell. 1136ᵇ 1152ᶜ etc. Hinc Theodorus Asinaeus pendet (Procl. in Tim. 225ᵇ).

[2]) Procl. in Tim. 158ᵃ οὕτω δὴ καὶ τὰ λόγια τὰς μεριστὰς τοῦ δημιουργοῦ νοήσεις διανοίας προσείρηκε· μετὰ κτέ. 124ᵈ in Parm. 925,16. in Crat. 110,29. Hermias 161. Cf. Iambl. ap. Stob. I 365,27: ἴδιον δὲ αὐτῇ τῆς οὐσίας ὅρον ἀπονέμει ἤτοι . . . ἢ τὴν μετὰ τὰς ἰδέας ὑπηρεσίαν (an ἀπεργασίαν?) τῆς δημιουργίας. Arnob. II 25 *haeccine est anima docta illa quam dicitis immortalis perfecta diuina post deum principem rerum et post mentes geminas* (in *daemones et genios* inepte corrupit Klussm. eumque secutus Reiff.) *locum optinens quartum et affluens ex crateribus uiuis.* Cf. d. 14 s. Procl. in Tim. 187ᵇ.

[3]) Psell. 1136ᵃ ubi λαγόσι κείτης (corr. Opsop.) et μένουσα codd., nisi quod

Simillimum est tertium:

νώτοις δ' ἀμφὶ θεᾶς φύσις ἄπλετος ἠώρηται.[1]

Dea enim est vivifica (e. g. cf. Plut. de Is. 367 d) generantia patris fulmina sinu recipiens (p. 20) et ζωογόνον ῥοῖζημα mittens (Dam. II 154,18. 156,15). — Animam et naturam coniungi non mirum, eo magis vero tertiam accedere virtutem.

Praeter hos fontes — sed notandum solum virtutis fontem diserte dici πηγήν — multos noverunt Byzantini partimque Platonici. Anon. Oxon. 183,8 (cf. 182,21) distinguit inter eos qui ipsius sunt: χαῖται, κρόταφοι, κορυφή, λαγόνες, et qui circum eam: περικράνιοι et ζωστήρ. Fraus aperta: cum e quibusdam deae membris fontes effluerent, ex omnibus quaecumque commemorabantur aliquid emanare fingebant philosophi. De crinibus his verbis loquitur Chaldaeus:

χαῖται μὲν γὰρ ἐς ὀξὺ πεφρικότι φωτὶ βλέπονται,

quem ad matrem deorum (i. e. Rheam-Hecaten) pertinere dicit Procl. in remp. 387,43 B., ad theophaniam rettulit Lobeck Agl. 107 u: ex quo solo vereor ne elicuerint crinium fontem. Tempora et frontem celebrata esse ait Dam. I 242,14, στέφανον idem 241,24 (hinc περικράνιοι πηγαί: cogites de corona murali quam deorum mater gestat), cinctum utroque loco Damascius, Procl. in remp. 387,44 B. Psell. 1136 b. Nec minus fraudulentum, quod a cingulo animam et virtutem ἀρχικήν, a corona Hecaten ἀρχικήν prodire dicunt; pleraque enim de ἀρχαῖς praecepta mera esse commenta pro certo habeo (p. 36 ss). Etiam plures fontes enumerat anon. Oxon. 182,24: λέγω δὴ τὴν πυριπλῆτιν καὶ τὴν μετ' ἐκείνην †δρακνάκαν καὶ δρακοντόζωνον, ἣν καὶ σπειροδρακοντόζωνον ἄλλοι παρασυνθέτως προσαγορεύουσι (Proclus forsitan scripserit ἐν ἄλλοις „alio loco") καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς (αὐτοῖς B)

---

γέσι (?) erasit et κοίλης habet V, παρθένιον v; Plethonis κοινῆς praeferre non debebat Lobeck Agl. 225 k. Cf. Olymp. in Phaed. 91,23. Procl. in Crat. 111,23. 97,11, qui animae et virtutis fontem ut Iunonem et Vestam a Cerere-Hecate seiungit.

[1]) Procl. in Parm. 821,5: θεολόγοι δὲ καὶ πηγὴν αὐτῆς ἐν τῷ ζωογόνῳ ὑπέστησαν θεῷ· νώτοις κτλ. in remp. 22,17 K. (ubi perperam Orpheo versum adscripsit Reitz. Quid ex φύσις φυσικῶν faciendum sit, nescio, ipse nil certi dispexi; illud certo scio scribendum esse φησὶ καὶ τὰ λόγια περὶ τῆς τῶν φύσεων πηγῆς) in Tim. 4 c. 322 c d. Dam. II 235,14. 150,6. 157,15. Psell. hyp. 8 τῶν δὲ κατὰ τὸν ζωστῆρα πηγῶν ἡ μὲν φύσις τὸ τέλος συμπεραίνει τῶν τῆς Ἑκάτης νώτων ἀπαιωρουμένη.

λεοντοῦχον (cf. Psell. 1133b), quos ex cognominibus deae effictos esse censebimus. Cf. hymn. ad Artemin-Lunam-Hecaten pap. Paris. 2863 (p. 294 v. 52 Abel):

κυανέα δρακοπλόκαμος καὶ ζωνοδρακόντι;

ibid. 1403 παρθένε | κλειδοῦχε Περσεφάσσα Ταρτάρου κόρη | γοργῶπι δεινὴ πυριδρακοντόζωνε παῖ. Leones autem matris magnae currum vehunt.[1]

Hecaten oraculorum eandem esse quam Rheam theologiae Graecae volunt Platonici; num ipsis oraculis confusae sint nescimus. Nam eo quod corona et leones cum deorum matre conveniunt, nihil probatur. Commemoratur Rhea Procli loco in Crat. 85,23: περὶ δὲ τῆς ζῳογόνου πηγῆς Ῥέας, ἐξ ἧς πᾶσα ζωὴ θεία τε καὶ νοερὰ καὶ ψυχικὴ καὶ ἐγκόσμιος ἀπογεννᾶται, οὕτως φασὶ τὰ λόγια·

Ῥείη τοι νοερῶν μακάρων πηγή τε ῥοή τε·
πάντων γὰρ πρώτη δυνάμεις κόλποισιν ἀφράστοις
δεξαμένη γενεὴν ἐπὶ πᾶν προχέει τροχάουσαν,

ubi δυνάμεις ex δυνάμει correxit Taylor, πάντων fortasse in πατρὸς mutandum est. Hinc pendet Iulian. or. V 166a τίς οὖν ἡ Μήτηρ τῶν θεῶν; ἡ τῶν κυβερνώντων τοὺς ἐμφανεῖς νοερῶν καὶ δημιουργικῶν θεῶν πηγή . . . τῶν γὰρ νοητῶν <καὶ> ὑπερκοσμίων θεῶν δεξαμένη πάντων αἰτίας (τὰς αἰτ. Hertlein, fort. αἰτίας ex ἐκροίας vel simili verbo corr.) ἐν ἑαυτῇ πηγὴ τοῖς νοεροῖς ἐγένετο cf. 179d. Cf. Dam. II 8,26 μήτι οὗτοί εἰσιν οἱ παρὰ τοῖς θεολόγοις[2]) οὕτως ἰδίως καλούμενοι (sc. νοεροί), ὧν καὶ πηγὴν ἴδιον μερικὴν Ἰάμβλιχος

1) Oraculis deberi videntur quae Proclus congerit in Tim. 179e ἀμφιφαὴς (p. 27[2]) καὶ ἀ μ φ ι π ρ ό σ ω π ο ς οὖσα καὶ τοῦ μὲν π α ν τ ὸ ς ἔ χ ο υ σ α τ ο ὺ ς οἴακας (cf. hymn. Orph. 58,8) ὑποδεχομένη δὲ τοῖς ἑαυτῆς κόλποις τὰς ἀπὸ τῶν νοητῶν προόδους εἰς αὑτήν. Plane obscura est somniorum zona Psell. hyp. 14 ἔστι δὲ καὶ ὀ ν ε ί ρ ο υ ζ ώ ν η ἀπὸ τῆς πηγαίας ψυχῆς τὴν ἀρχὴν ἔχουσα. 1152a. Ad oracula revocare nolo quae Lydus tradit de mens. 29,9 ὅθεν καὶ τετρακέφαλον τὴν Ἑκάτην ὁ μυστικὸς παραδίδωσι λόγος διὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· καὶ ἡ μὲν πυρίπνους τοῦ ἵππου κεφαλὴ δῆλον ὡς εἰς τὴν τοῦ πυρὸς σφαῖραν ἀναφέρεται, ἡ δὲ τοῦ ταύρου μυκωμένη, δαιμόνιόν τινα μυκηθμὸν εἰς τὴν τοῦ ἀέρος, ἡ δὲ τοῦ † ἀνδρὸς (ὕδρου Hase) πικρὰ καὶ ἄστατος φύσις εἰς τὴν τοῦ ὕδατος, ἡ δὲ τοῦ κυνὸς κολαστικὴ καὶ τιμωρὸς εἰς τὴν γῆν. Psell. 1152b εἰσὶ δὲ παρ᾽ αὐτοῖς καὶ ἕξωνοι Ἑκάται, ὡς ἡ τριοδῖτις (τριακδότις V τριακδότης v. corr. Thilo) ἡ χαλδαικὴ (?) καὶ ἡ κωμὰς (cf. Nauck fr. trag.[2] p. 910. hymn. Paris. 2794 v. 5.) καὶ ἡ ἐκκλυστικὴ (sic ed., ἐκκλησστὴ V ἐκκλυστὴ v. Quid lateat nescio): eiusdem sunt deae cognomina.

2) λόγοις M, λογίοις Ruelle, quod graecum non est pro ἐν τοῖς λογίοις.

ἀφορίζεται ἐν τῷ Διὸς καὶ ταύτην ἱδρυμένην. Deorum intellectualium numero comprehendi putaveris omnes illos deos minores, quos postea recensebo; at in hos versus magna cadit interpolationis suspicio et ob Rheam et ob deos intellectuales diserte a ceteris segregatos, id quod Iamblicheam redolet doctrinam (cf. p. 19). Etymologiam inesse quivis videt. — δεινὴν καὶ φοβερὰν θεόν vocatam esse Hecaten-Rheam narrat Procl. th. pl. 373,28, quod ad utram revocandum incertum.

Absoluta fere de dis transmundanis disputatione ad mundi fabricationem convertamur. Supra versum tetigi conclamatum:

ἄρδην ἐμψυχοῦσα φάος πῦρ αἰθέρα κόσμους.

Ex hoc derivasse videntur aliis adsumptis triadem illam qua in mediis mundis dirimendis maxime utuntur, triadem ἐμπυρίου, αἰθερίου, ὑλαίου. Procl. ap. Simpl. in phys. 613,4: τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ φῶς τὸ ὑπὲρ τὸ ἐμπύριον, μονάδα ὂν πρὸ τριάδος τῆς τοῦ ἐμπυρίου καὶ αἰθερίου καὶ ὑλαίου.[1]) in Tim. 156° τί οὖν: φαίη τις ἂν τῶν ἐκ τῆς ὑπερορίου θεοσοφίας ὡρμημένων καὶ τὰ πάντα διαιρουμένων εἰς ἐμπύριον, αἰθέριον, ὑλαῖον καὶ μόνον τὸ ἐμφανὲς ὑλαῖον καλούντων. Nam quaecunque afferunt ad hanc trinitatem stabiliendam, revera eam nusquam commemoratam fuisse nullo negotio perspicimus, sed Proclianos triadici schematis avidos ad illum versum confugisse. Lucem abiecerunt, e mundis fecerunt τὸ ὑλαῖον e quattuor elementis compositum eo quoque nisi, quod ὑλαῖοι συνοχεῖς praedicabantur (p. 41). At vera ratio ea fuit, ut mundo materiali, cuius praestantissima pars est aether, opponeretur igneus mundus intelligibilis, cuius tamen ignis ab hoc prorsus differret (Simpl. l. c. 615). Confusionem igitur habemus satis magnam, quam auxerunt homines omni simplicitati inimicissimi hanc trinitatem cum septem firmamentis mirum in modum copulantes. Namque cum versum invenirent:

ἑπτὰ γὰρ ἐξώγκωσε πατὴρ στερεώματα κόσμων[2]),

---

[1]) Cf. 615,35. 643,27: ἐπεὶ οὖν ἡ Ἀσσύριος θεολογία καὶ ὑπὲρ τόνδε τὸν κόσμον ἄλλο σῶμα θειότερον τὸ αἰθέριον παραδέδωκεν, quasi vero hoc Chaldaeorum proprium sit. — Luce illa locum significari absurde statuerat Proclus; omnem trinitatem procreari unitate dogma est Proclianum confirmatum versu illo: παντὶ γὰρ ἐν κόσμῳ λάμπει τριὰς ἧς μονὰς ἄρχει (p. 18). — Lyd. de mens. 19,2: τρεῖς δὲ σωμάτων διαφοραί· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὑλικά, τὰ δὲ ἀέρια, τὰ δὲ ἐμπύρια, ὡς ὁ Χαλδαῖος παραδίδωσιν. Deos aethereos, igneos, caelestes distinguit Hermes ap. Iambl. de myst. 262,9.

[2]) Simpl. 616,33 οὐδὲ στερεώματα ἔτι ἔσονται οἱ κόσμοι (at dicitur „mundorum

septem planetarum sphaeras dici non intellegentes, unum esse igneum (scilicet monadem ante triadem extantem), tria aetherea, tria terrena esse posuerunt. Dam. II 88,21: ὥστε εἰ ἔστι τῶν στερεωμάτων σειρὰ τὸ ἐμπύριον καὶ αἰθέριον καὶ ὑλαῖον ἀπὸ μονάδος τοῦ ἁπλῶς στερεώματος ὑπάρξασα. 87,10. Psell. 1149ᶜ: ἑπτά φασι σωματικοὺς κόσμους, ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους: aut error subest aut κόσμοι dicuntur mundi partes (cf. p. 24). Cf. Procl. in Tim. 157ᵃ. 184ᶜ ubi animis transmundanis corpora aetherea et ignea tribuuntur.

De Sole Proclus in remp. 69,27 P.: εἰ δὲ δὴ κρατοίη τὸν μὲν ἥλιον ἐν τῷ μέσῳ τάττειν τῶν ἑπτά, καθάπερ οἱ θεουργικοὶ λόγοι καὶ <οἱ> θεοί φασιν, ubi libros theurgicos dicit Iuliani hyphegetica, quorum ipsa de hac re verba servata sunt (cf. p. 38 s.). Idem deos tradidisse in opinione vulgari (Dieterich Abr. 41. Cleomed. 30,26 Z. pap. Paris 262) non est quod miremur: nam incertum est quid obversetur Iuliano or. IV 148ᵃ λέγεται γοῦν, εἰ καὶ μὴ πάντες ἑτοίμως ἀποδέχονται, ὁ δίσκος ἐπὶ τῆς ἀνάστρου φέρεσθαι πολὺ τῆς ἀπλανοῦς ὑψηλότερος· καὶ οὕτω δὲ τῶν μὲν πλανωμένων οὐχ ἕξει τὸ μέσον, τριῶν δὲ τῶν κόσμων κατὰ τὰς τελεστικὰς ὑποθέσεις, εἰ χρὴ τὰ τοιαῦτα καλεῖν ὑποθέσεις, ἀλλὰ μὴ ταῦτα μὲν δόγματα, τὰ δὲ τῶν σφαιρικῶν ὑποθέσεις· οἱ μὲν γὰρ θεῶν ἢ δαιμόνων μεγάλων δή τινων ἀκούσαντές φασιν. Nam etiamsi haec ex oraculis sumpta esse statuamus — Iulianum theurgum exscribi dubitat Thilo III 20 — non mera horum praecepta, sed Iamblichi interpretationem proponi verisimile est, quem in illa oratione secutus est Iulianus; tres igitur mundi fortasse dicuntur igneus, aethereus, materialis. — In transmundanis ideam esse solis docet Procl. in Tim. 264ᶜ: κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ ἥλιος ὑπερκόσμιος ὢν τὰς πηγὰς ἀφίησι τοῦ φωτὸς καὶ οἵ γε μυστικώτατοι

firmamenta") ἀλλὰ καμαρώματα. πῶς οὖν τὰ λόγιά φησιν ἑπτὰ κτλ. Dam. II 178,3. σωματικὰ στ. dicit Dam. I 225,27, ἄϋλα II 282,16.23. Simpl. 623,33; sunt enim corporea sed e levissimo aethere constant. Simpl. 615,4 καὶ γὰρ κατά τινα τρόπον ἔνυλα καὶ ἐκεῖνά (sc. τὰ ἄϋλα στ.) φησιν αὐτὸς (Proclus) ἐν τῇ πρὸς Ἀριστοκλέα ἐπιστολῇ . . . πρῶτον μὲν παρακινδυνευτικὸν ἂν εἴη τὸ τοῖς λογίοις ἀντιφθέγγεσθαι τοῦτον μόνον ὑλαῖον λέγουσι τὸν κόσμον· at firmamenta quoque huius mundi sunt. — Platonicis fidem habet Thilo III 4 ss. Impeditior est Lydi locus de mens. 6,9: διὰ τὸ τοσούτους (septem) εἶναι τοὺς τῶν πλανήτων πόλους, οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα καλοῦσιν ἄνω τοῦ σεληνιακοῦ διὰ τὸ μέχρις αὐτοῦ διήκειν τὸ τοῦ παντὸς ὑλικοῦ σκύβαλον (cf. infra). Cf. Thilo III 6 adn.

τῶν λόγων καὶ τὴν ὁλότητα αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις παραδεδώκασιν· ἐκεῖ γὰρ ὁ ἡλιακὸς κόσμος καὶ τὸ ὅλον φῶς, ὥς αἵ τε Χαλδαίων φῆμαι λέγουσι καὶ ἐγὼ πείθομαι. in Parm. 1044,8: τὴν φαινομένην ταύτην τοῦ ἡλίου περιφοράν· αὕτη γὰρ ἄνωθέν ποθεν ἐκ τοῦ κρυφίου, φασί, προελθοῦσα καὶ ὑπερουρανίου διακόσμου πᾶσιν ἐνέσπειρε τοῖς ἐγκοσμίοις τὸ σύμμετρον ἑκάστου φῶς. th. pl. 375 ex. 380 ex.[1]) Ex his omnibus locis non multum lucramur, quoniam quid in oraculis fuerit non traditur; fortasse nihil dictum fuit nisi illud, solem ut cetera ab altera mente procreari. χρόνου χρόνον eum vocatum esse testatur Proclus in Tim. 249f. 256a, id quod propterea factum esse existimo, quod temporis mensuram praebebat (Plat. Tim. 38c). — Ex oraculis hausit idem ib. 141f: καὶ τῶν θεολόγων ἀκούων πῦρ πυρὸς ἐξοχέτευμα τὸν ἥλιον καλούντων καὶ πυρὸς ταμίαν καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις ὀνόμασι: unde discimus solis ignem effluere ex igni divino, id quod per se manifestum esset. Quae Psellus fabulatur 1152a: φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον ἀπὸ τῆς ἡλιακῆς (sic Vv, ὁλικῆς ed.) πηγῆς καὶ ἀρχαγγελικόν, ea cum ceteris de ἀρχαῖς somniis corruunt (p. 36 ss.).

Tellurem medium totius mundi locum tenuisse indicare videtur Proclus ap. Simpl. 614.2: εἰ γὰρ τὰ λόγιά φησι τὰ κέντρα τοῦ ὑλαίου κόσμου ἐν τῷ ὑπὲρ αὐτὸν αἰθέρι πεπηγέναι. In aetheris aerisque confinio lunam sitam esse tecte significatur his versibus:

αἰθέριός τε δρόμος καὶ μήνης ἄπλετος ὁρμὴ
ἠέριοί τε ῥοαί.
αἰθὴρ ἥλιε πνεῦμα σελήνης ἠέρος ἀγοί.
ἡλιακῶν τε κύκλων καὶ μηναίων κανναχισμῶν
κόλπων τ' ἠερίων.[2])

αἰθέρος μέρος ἠελίου τε (an μένος?)

---

[1]) Eandem distinctionem spectare videtur Psellus 1152c, cum mundum solarem discernit a sole (?) zonaeo. Cf. Thilo III 18. Fortasse hic quoque latent theurgica: p. 46.

[2]) Cf. Procl. in Tim. 273b: οὕτω δὲ καὶ ὁ ἱερὸς λόγος ὁ παρὰ Χαλδαίων συνάπτει ταῖς μηναίαις κανναχισμαῖς τὰ ἀέρια τῷ πυρὶ τὸ (τὸν ed.) οὐράνιον ἀπονέμων; ad sequentia 311a. — De opinione post Aristotelem vulgari (R. Heinze Xenokrates 75) cf. Ocell. II 22s., Philol. ap. Stob. I 173,2: καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸ ὅλον περιεχούσας ψυχᾶς μέχρι σελάνας περαιοῦται, τὸ δὲ μεταβάλλον ἀπὸ τᾶς σελάνας μέχρι τᾶς γᾶς. Herm. trism. ib. 461,18: τὸ ἀπ' οὐρανοῦ κορυφῆς μέχρι σελήνης θεοῖς καὶ ἄστροις καὶ τῇ ἄλλῃ προνοίᾳ σχολάζει. Philo de opif. 9 p. 9,15 Cohn et adnot.

καὶ μήνης ὀχετῶν ἠδ' ἠέρος.
καὶ πλατὺς ἀὴρ
μηναῖός τε δρόμος καὶ ἀείπολος ἠελίοιο.

de quibus Procl. in Tim. 257ᵉ ubi omnes affert recte dicit: τάχα καὶ τῶν λογίων ἡμᾶς τοῦτο διδασκόντων πανταχοῦ μετὰ τὸν ἥλιον τὴν σελήνην ταττόντων καὶ μετὰ τὴν σελήνην τὸν ἀέρα. — Summus aer levissimus aetherique simillimus, Olymp. in Phaed. 203,8: ὅτι τὰ ἐπ' ἄκρων τῆς γῆς καὶ σὺν ἐκείνῃ στοιχεῖα ὕδωρ τὸ ὡς ἀτμὶς καὶ οἷον ὑγρὸς ἀήρ. ἀὴρ δὲ ὁ αἰθήρ, αἰθὴρ δὲ τὸ ἀκρότατον τοῦ αἰθέρος . . . ἁπλῶς δ' οὖν οἱ τῶν στοιχείων αἰθέρες, ὥς φησι τὰ λόγια, ἐκεῖ. Cf. de Philolao (?) Aet. 337ᵇ 11: τὸ μὲν οὖν ἀνωτάτω μέρος τοῦ περιέχοντος, ἐν ᾧ τὴν εἰλικρίνειαν εἶναι τῶν στοιχείων, Ὄλυμπον καλεῖ; de Posidonio Sext. adv. math. IX 71. Sen. qu. nat. III 10. Plut. de facie 6,8. Herm. ap. Stob. I 462,17.[1])

Verba quae tradit Dam. II 128,3: τί δεῖ πολλὰ λέγειν; ὅτε καὶ οἱ θεοὶ ἐν τοῖς λογίοις κυρτῷ σχήματι συρομένην παραδεδώκασι μίαν γραμμὴν καὶ πολλὴ τοῦ γραμμικοῦ σχήματος παρ' αὐτοῖς ἡ χρῆσις ad formam caeli pertinent, si huc spectat Procl. in Tim. 97ᵃ: δοκεῖ . . . δημιουργεῖν μὲν τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας; sin aliter, de characteribus magicis agi verisimile est. — Ad stellarum non errantium motum hos versus refert Procl. in Tim. 277ᵈ:

μηναῖόν τε δρόμημα καὶ ἀστέριον προπόρευμα·
ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη.[2])

Ex compage soluta intellectuque difficillima sunt quae affert Procl. in Tim. 172ᵇ ᶜ: μέχρι γὰρ τοῦ κέντρου (mundi, i. e. tellus) πρόεισιν ὁ τῆς ζῳογονίας ὀχετός, ὡς καὶ τὰ λόγιά φησι διαλεγόμενα

[1]) Ad haec omnia illustranda utile erit Stoicorum apponere dogma DL. VII 137: ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ (ab igni mundano diversum), ὃ δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γεννᾶσθαι(?), εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων· μεθ' ἣν τὸν ἀέρα, εἶτα τὸ ὕδωρ, ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν μέσην ἁπάντων οὖσαν.

[2]) Cf. infra. Minus gravia haec: καὶ τί δεῖ Χαλδαίους καὶ Αἰγυπτίους λέγειν; ἀλλὰ πρὸ τούτων αἱ τῶν θεῶν φῆμαι σαφῶς τὰ αὐτῶν εἰδότων καὶ οἱ χρησμοὶ τήν τε ἀπλανῆ κινεῖσθαί φασιν . . . περιάγουσαν τὸν ὅλον οὐρανὸν ἐπὶ δυσμάς, καὶ πρὸς (πρὸ V) τούτοις ἑπτὰ μόνας εἶναι τὰς λοιπὰς περιόδους Procl. in remp. 77,29 P. Ibid. 67,39: ταῦτα δὲ ὅπως ἔχει τῆς ἀληθείας (sic supplendum), ἴσασιν οἱ τῆς θεοπαραδότου μετασχόντες μυσταγωγίας, οἷς ἀρκεῖ καὶ ταῦτα ἀναμνῆσαι τῶν νοερωτέρων ἐπιβολῶν περὶ τῆς εἰς τὰς ὀκτὼ σφαίρας τοῦ παντὸς διαιρέσεως.

περὶ τοῦ μέσου τῶν πέντε κέντρων ἄνωθεν διήκοντος διαμπὰξ ἐπὶ τὸ καταντικρὺ διὰ τοῦ κέντρου τῆς γῆς·

καὶ πέμπτον μέσον ἄλλο πυρήοχον ἔνθα κάτεισι
†μέχρι ὑλαίων ὀχετῶν ζωηφόριον πῦρ (an μέχρι καὶ?).

Quid lateat, nescio; an quinque telluris zonae? Cf. e. g. Cleomed. 22,2. DL VII 156. ὀχετοί viae esse videntur ignem alentem et sustinentem (p. 19) a deo ad mundum deducentes (cf. infra).

Alia quae miremur narrat ibid. $154^{e}$: καὶ μὴν καὶ ἡ τῶν Ἀσσυρίων θεολογία τὰ αὐτὰ παραδίδωσι θεόθεν ἐκφανθέντα· καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῃ ὁ δημιουργὸς τὸν ὅλον κόσμον λέγεται ποιεῖν

ἐκ πυρὸς ἐξ ὕδατος καὶ γῆς καὶ παντρόφου αἴθρης

(ubi aether pro aere positus) καὶ ὁ ποιητὴς ὡς αὐτουργῶν τεκταίνεσθαι τὸν κόσμον.[1])

καὶ γάρ τις πυρὸς ὄγκος ἐὴν ἕτερος τάδε πάντα
αὐτουργῶν, ἵνα σῶμα τὸ κοσμικὸν ἐκτολυπευθῇ,
κόσμος ἵν' ἔκδηλος καὶ μὴ φαίνηθ' ὑμενώδης.

Summum deum ad materiam non descendentem vocari didicimus primum ignem. huic opponi puto alterum ignis globum totum mundum corporeum aedificantem, a secunda mente non diversum (p. 14). Ultimi versus artificiosam profert Proclus interpretationem, meliorem suggeret Plato Tim. $31^{b}$: σωματοειδὲς δὲ δὴ καὶ ὁρατὸν ἁπτόν τε δεῖ τὸ γενόμενον εἶναι· χωρισθὲν δὲ πυρὸς οὐδὲν ἄν ποτε ὁρατὸν γένοιτο.

Mentis ectypum corporeum esse mundum et supra vidimus (p. 23 v. 5 ss.) et ex his discimus:

νοῦ μὲν γὰρ μίμημα πέλει, τὸ δὲ τεχθὲν ἔχει τι
σώματος (Procl. in Tim. $87^{e}$).

Nec magis singulare quod profert Simplicius contra Proclum disputans l. c. 615,6: τί οὖν; ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔνυλος ὡμολόγηται

[1]) Quattuor di a Proclo discernuntur: πατήρ, πατὴρ καὶ ποιητής, ποιητὴς καὶ πατήρ, ποιητής. Quorum primus est πατὴρ νοητός, alter νοῦς νοητός (Phanes), tertius Iuppiter (Plat. Tim. $28^{a}$), quartus deorum ἀρχικῶν tertius (Vulcanus in Tim. $160^{e}$ in remp. 384,34 B.): in Parm. 844,14. in Tim. $95^{c}$ $308^{b}$. — Cum insequentibus cf. Orig. c. Cels. VI 317 Sp. λέγοντες τὸν μὲν προσεχῶς δημιουργὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ λόγον καὶ ὡσπερεὶ αὐτουργὸν τοῦ κόσμου, τὸν δὲ πατέρα τοῦ λόγου τῷ προστεταχέναι τῷ υἱῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ποιῆσαι τὸν κόσμον εἶναι πρώτως δημιουργόν. Herm. trism. 93,12 P. cf. p. 13 ss.

καὶ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ὑπὸ Πλάτωνος καὶ ὑπὸ τῶν λογίων ὡς ἔνυλος παραδέδοται.

Naturam ex Hecate gigni accepimus (p. 29); cuius actiones his describuntur versibus:

> ἄρχει γὰρ φύσις ἀκαμάτη κόσμων τε καὶ ἔργων,
> οὐρανὸς ὄφρα θέῃ δρόμον ἀΐδιον κατασύρων
> καὶ ταχὺς ἠέλιος περὶ κέντρον ὅπως ἐθὰς ἔλθῃ.[1])

Mundi sunt sidera, opera quaecumque a mentibus creantur, centrum tellus. Naturam a fato non discrepare et ut mundanam et materiae gubernatricem despici infra videbimus.

De dis mundum administrantibus si quaerimus, mirum est deorum Graecorum nomina rarissime apparere. Nam quod de Apolline dicitur a Proclo in Crat. 104,2: τὸν τῶν Μουσῶν χορὸν περὶ ἑαυτὸν ὑποστησάμενος

> ἁρμονίᾳ φωτὸς γαυρουμένου, (an -μενος?)

ὥς φησί τις τῶν θεουργῶν, et unde petitum sit et utrum Solem an Apollinem dixerit dubium. Nec pluris alter locus ib. 102,4: ὁ δὲ (Apollo) τὰς ἡλιακὰς ἀρχὰς εἰς μίαν ἕνωσιν ἐπιστρέφει κατέχων τὴν τρίπτερον ἀρχήν, ὡς τὸ λόγιόν φησι.[2]) De versu autem quem ad Minervam pertinere dicit Procl. th. pl. 324,3: καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων πάλιν ὁ Πλάτων τὰ αὐτὰ λέγειν ὕστερον τοῖς ὑπὸ τῶν θεῶν πεφασμένοις, καὶ ἣν ἐκεῖνοι πάντευχον προσειρήκασι, ταύτην πανοπλίᾳ παντελεῖ κεκοσμημένην εὑρημεῖν (-μεῖ ed.)·

> καὶ γὰρ δὴ πάντευχος ἐνόπλιος †εἶκα θεῇ.[3])

quid statuendum sit incertum, illud ex Procli verbis certum Minervam commemoratam non fuisse: multo enim confidentius locutus esset. Versus in quibus Iovis mentio fit (cf. infra), fortasse aliunde petiti sunt.

Haud exigua, si Platonicis fides, provincia fuit ταῖς ἀρχαῖς; has enim in mundo fontibus transmundanis respondere docent.

1) Dam. II. 157,15 τὰ δὲ ἱερὰ ἁπλῶς φύσιν λέγει τὴν διὰ πάντων χωροῦσαν ἀπηωρῆσθαι τῆς μεγάλης Ἑκάτης. ἣ καὶ τῆς σωματικῆς ἁπάσης κινήσεως προκατάρχειν ἤρτηται τῆς Ἑκάτης πρεπούσης· ἄρχει κτέ. Ad v. 1. 2 cf. Procl. in Tim. 4d, ad. v. 3 in remp. 95,21 S. — Cf. th. pl. 285 ex.

2) Serv. ad Verg. Ecl. 5,66 *sed constat secundum Porphyrii librum quem Solem appellavit triplicem esse Apollinis potestatem et eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos.*

3) Sic ed., εἶκα θεῇ Meerm. 1505 chart. s. XVI, εἶκε θεῇσι male Portus, ἴκω Ἀθήνῃ male Lobeck Agl. 224h; εἴκαθε latere videtur.

Psell. 1152b: μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι ἀρχάς· αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. Procl. th. pl. 340,19: καὶ ὥσπερ αἱ πηγαὶ πᾶσαι τοῦ νοητοῦ πατρός εἰσιν ἔκγονοι καὶ πληροῦνται παρ' ἐκείνου τῆς νοητῆς ἑνώσεως, οὕτω δὴ καὶ αἱ τῶν ἀρχῶν πᾶσαι διακοσμήσεις τοῦ δημιουργοῦ κατὰ φύσιν ἐξήρτηνται καὶ μεταλαγχάνουσιν ἐκεῖθεν τῆς νοερᾶς ζωῆς. in Crat. 85.14. Excipiunt igitur deos intellectuales di ἀρχικοί — ἡγεμονικούς vocavit Iamblichus, ἀφομοιωτικούς quoque Proclus — in quattuor triades divisi: th. pl. 354. Prima Saturno respondens continet Iovem (a demiurgo diversum: in Tim. 96f 97c), Neptunum, Plutonem (Plat. Gorg. 523a); altera Hecaten, animam, virtutem a fontibus cognominibus diversas,[1] tertia est Apollinis vel Solis (p. 36), Proserpinae trinitas deorum ἀχράντων a Corybantibus Orphicis non diversorum et ἀμειλίκτοις mundi intellectualis (p. 21s.) respondentium adiungitur.[2] Ut Phanes est fons fontium (p. 19), ita Juppiter principium principiorum: Dam. II 66,7: μάλιστα δὲ ἡ ἀρχὴ τῶν ἀρχῶν τοιαύτην προβέβληται φύσιν, οἷον παντοφυῆ καὶ πάμφορον, ἀφ' ἧς αἱ ἰδιότητες ἀπομερίζονται κατὰ τὴν πρόοδον, cf. Procl. th. plat. 268.30. 349 ex.

Unde profectus haec confinxerit Proclus — nam conficta esse vel e nimia fontium similitudine efficitur — partim enucleare possumus. Dam. II 200,23 hos servavit versus:

ἀρχὰς αἳ πατρὸς ἔργα νοήσασαι τὰ νοητά
αἰσθητοῖς ἔργοις καὶ σώμασιν ἀμφεκάλυψαν.

Platonis deos recentes facile agnoscimus; Tim 42d: τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά ... καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει· μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς διάταξιν ἐπείθοντο αὐτῇ. Cf. Herm. ap. Stob. I 391,7, supra p. 25. Impeditior est locus Dam. II 217,5: εἰ δὲ ἐν οὐρανῷ λέγεται οὗτος ὁ Ζεύς, ἔστι καὶ ἀρχικοὺς ὄντας εἰς οὐράνιον διῃρῆσθαι καὶ χθόνιον καὶ τὸν μέσον τοὺς τρεῖς πατέρας, ὡς μαρτυρεῖ καὶ τὰ λόγια·

ἐν τούτοις ἱερὸς πρῶτος δρόμος, ἐν δ' ἄρα μέσσῳ

[1]) Procl. in Crat. γ' nomina eis imponit Cereris, Iunonis, Proserpinae (p. 28?), hanc iterum tripertitam esse dicit; cf. 111,27. 118,2. th. pl. 378 ex. in Tim. 136a 179d. Dam. I 241,23. Psell. 1152b. hyp. 16. Ceterum tenendum me in eis quae supra exposui solam fere theologiam Platonicam sequi.

[2]) Cf. Iulian. or. V 168b: οἱ Κορύβαντες αἱ τρεῖς ἀρχικαὶ τῶν μετὰ θεοὺς κρειττόνων γενῶν ὑποστάσεις.

ἠέριος, τρίτος ἄλλος ὃς ἐν πυρὶ τὴν χθόνα θάλπει.
ἀρχαῖς γὰρ τρισὶ ταῖσδε λάβροις δουλεύει ἅπαντα.[1])

Recte haec tradi non credo; A. Iahn Procli ecl. p. 35 ἐν τούτοις cum antecedentibus conectit probabiliter; sed a v. ἱερὸς Damascium afferre coepisse non verisimile neque ἱερὸς verum esse videtur. Equidem ita refinxerim: ἔστι γὰρ αἰθέριος πρ. κτέ. Ad sidera haec revocaremus, si essent in aere sidera; tantum igitur concludimus tres celebrari deos singularum mundi partium praesides, qui ab eis quos modo cognovimus diversi esse videntur. Nec mirum: nam principiorum nomen late patet. Eadem de causa ambiguum, quid faciendum his Damascii locis: II 88,7 ὅτε γοῦν περὶ τοῦ ἀρχικοῦ πλήθους διαλέγεται, ὑποκέκλιται αὐταῖς (iyngibus) ἔφη ἄρχιος αὐλών. 95,20 πολὺς μὲν αὐτῶν ὁ πηγαῖος ... πολὺς δὲ καὶ ὁ ὑποκεκλιμένος αὐταῖς ἄρχιος αὐλών. Extitisse igitur videntur ἀρχαί, quae sub iyngum erant ditione. Sed his omnibus non explicatur, cur principia fontibus opposuerint; quod eos fecisse arbitror nisos uno illo versu <καὶ νόον> ἐνδιδόναι πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς (p. 27). Haec duo vocabula coniunxerat Plato Phaedr. 245[c]: καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως aliique multi eius exemplum secuti scriptores et poetae.[2]) Hunc Platonis locum si quis in causa esse dicet, cur illo loco fontes et principia copulentur, non adversabor; origo nominis ἀρχῶν non magis certa quam verbi causa συνοχέων. Confusionem auxerunt Platonici admixtis theurgi patribus magicis. Procl. in Tim. 97[a]: δοκεῖ μὲν οὖν ὅσα τῷ τρίτῳ τῶν ἀρχικῶν

[1]) Hinc 212,17 ἔστι δὲ καὶ οὕτω διελεῖν· αἱ μέν εἰσι πρῶται ἀρχαί, αἱ δὲ μέσαι, αἱ δὲ ἔσχαται κατὰ τὴν Χαλδαϊκὴν θεοσοφίαν. 219,11: ἐπεὶ καὶ τῶν ἀρχικῶν οἱ μὲν οὐράνιοι καλοῦνται, οἱ δὲ χθόνιοι, οἱ δὲ μέσοι ἢ, χαλδαϊκῶς εἰπεῖν, οἱ μὲν ἐμπύριοι, οἱ δὲ ἀέριοι, οἱ δὲ χθόνιοι. Quot verba, tot mendacia; ignis, aeris, terrae oppositio inepta (cf. p. 31 s.).

[2]) Philo de migr. Abr. 8. de sept. 1. Plut. de Herod. mal. 856[e]. de adul. 56[b]. Himer. 14,21. Iren. I 14,3. Plotin. I 6,9. 7,1 VI 6,15. Hierocl. 436[b] 1. Procl. th. pl. 38,18. 65,27. Versus ap. Didym. de trin. III 21,402 ἀρχὴ πηγή τε ζωῆς de summo deo; hymn. Orph. 37,4 de Titanibus: ἀρχαὶ καὶ πηγαὶ πάντων θνητῶν πολυμόχθων. theosoph. 98,21 Bur. ἔσθ' ὑπὲρ οὐρανίου κυρτοῦ ἄφθιτος αἰθομένη, φλὸξ ζωογόνος, πάντων πηγή, πάντων δὲ καὶ ἀρχή; ib. 105,21. — Quis credet Proclum th. pl. 360,9 huc revocare Plat. Gorg. 523[a]: διενείμαντο τὴν ἀρχὴν ὁ Ζεὺς καὶ ὁ Ποσειδῶν καὶ ὁ Πλούτων? — Suo modo interpretatur versum illum Dam. II 9,16: διὸ καὶ συνάπτουσι τοὺς μερικοὺς νόας ταῖς οἰκείαις πηγαῖς· οὓς πηγάς τε δὴ (τέλη, M) ἅμα καὶ ἀρχὰς οἱ Χαλδαῖοι καλοῦσι novum deorum genus fingens. — Christianorum ἀρχαί ex NT sumptae sunt.

ὁ θεουργὸς ἀνατίθησι, ταῦτα καὶ οὗτος (demiurgus) τῷ κόσμῳ διδόναι καὶ δημιουργεῖν μὲν τὸν οὐρανὸν κυρτῷ σχήματι περικλείσας, πηγνύναι δὲ πολὺν ὅμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν, ζωνῶν δὲ πλανωμένων ὑφιστάνειν ἑπτάδα: sed si acrius spectes, demiurgum supra tres patres ἀρχικούς positum esse. Quae theurgo adscribit, ex Iuliani hyphegeticis excerpta esse ex loco 277ᵈ cognoscitur; hunc vero nullos novisse deos ἀρχικούς neque quattuor triades, sed tres magicos patres evincitur loco Damascii II 203.27: οἱ θεοὶ καὶ αὐτὸς ὁ θεουργὸς τὴν αἰσθητὴν τοῖς μαγικοῖς πατράσιν ὑποτίθεται δημιουργίαν σαφῶς γοῦν τὸν τρίτον τά τε ἄλλα διακρῖναί φησιν ἐν τοῖς ὑφηγηματικοῖς[1]) καὶ τὸν ἥλιον μεσεμβολῆσαι τοῖς ἑπτὰ κοσμοκράτορσι. Hos ἐπὶ μαγειῶν πατέρας alibi vocatos invenimus (Dam. I 241,29. 237,23. II 201,2. 204,4. Psell. hyp. 14: καὶ ἐπὶ μαγειῶν δὲ τρεῖς πατέρες ἀρχικὴν ἔχουσι τάξιν); deos autem rerum magicarum praesides a theurgo aptissime celebrari in promptu est.[2]) — Dubium est, de quibus dis dictum fuerit id quod tradit Dam. II 206.9: πρὸς δὲ τούτοις ἐκ τρίτων ἀρχικοί εἰσιν ὡς πρῶτοι ἄρξαντες τοῦ ἀπορρεῖν τῶν οἰκείων πηγῶν διὸ καὶ κρηνήϊος ἀρχὴ ὁ διάκοσμος ὑμνεῖται. Eundem locum praeter alios Proclus secutus esse videtur, cum haec confingebat: ἑκάστης δὲ σειρᾶς ἡ ἀκρότης πηγὴ ὀνομάζεται, τὰ δὲ προσεχῆ κρῆναι, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ὀχετοί, τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα ῥεῖθρα (cf. infra σκολιὰ ῥεῖθρα) Psell. hyp. 28. cf. anon. Oxon. 183,25. Haec illo digna, ab oraculis aliena sunt.

Similes principiis alii fuerunt di minores, similiter a philosophis in certum numerum et ordinem redacti. Ponunt igitur post intelligibilem mundum in agmine deorum νοητῶν καὶ νοερῶν primo loco iynges. Anon. Oxon. 181,17: αὐτὸ δὴ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶμα, λέγω δὴ νοερόν τε καὶ νοητόν, πρῶτον ἀποβλυστάνει τὴν ἴυγγα· μεθ' ἣν τὰς τρεῖς ἴυγγας, ἃς καὶ πατρικὰς ὀνομάζουσι καὶ ἀφθέγκτους· καὶ ὅπερ (ὥσπερ B) ἐστὶ τὸ < ἓν > ἐν τοῖς μετ' αὐτὸ βυθοῖς, τοῦτο ἡ πρώτη ἴυγξ ἐν ταῖς μετ' αὐτὴν ἴυγξι (ipsum Proclum legere tibi videris) . . . αἱ δὲ πηγαὶ τῶν ἀφθέγκτων διαιροῦσι τοὺς

---

[1]) ὑφηγητικοῖς restituendum esse probabile; similiter 54,13. 55,5. 75,4. 105,13 μαθητικός et 69,3 μαθητικεύεται traditur pro μαθηματικός et μαθηματικεύεται.

[2]) Procl. th. pl. 355 s. de patribus loquitur omisso cognomine; Platonicam enim conscribens theologiam satius ducit theurgicam huius nominis originem obtegere. Cf. in Crat. 54,20. Quod hi patres cum Διί coniuncti esse saepius dicuntur, haud paullum nostram de huius nominis ortu coniecturam confirmat (p. 17).

κόσμους τριχῶς, τὸν ἐμπύριον, τὸν αἰθέριον, τὸν ὑλαῖον. Dam. I 286,8: καίτοι τί ποιήσομεν, ὅταν ὁ πατρικὸς νοῦς παράγειν λέγηται τὰς τριαδικὰς διακοσμήσεις, ἴυγγας, συνοχέας, τελετάρχας: Ab ipso igitur summo deo gignuntur. Versibus commemorantur aut commemorari dicuntur hisce:

πολλαὶ μὲν δὴ αἵδε ἐπεμβαίνουσι φαεινοῖς
κόσμοις ἐνθρώσκουσαι· ἐν αἷς ἀκρότητες ἔασιν
τρεῖς·

Dam. II 88,3 et 59.23 ubi πᾶσαι pro αἵδε: fuitne πᾶσαι? Nihil nisi haec secuti Dam. II 79,9. 92,4 et Procl. in Eucl. 91,3 dicere videntur et συναγωγόν esse et τριαδικήν hanc τάξιν, nempe quod eius multitudo trinitate comprehenditur.

†αί ἴυγγες νοούμεναι πατρόθεν νοέουσι καὶ αὐταί
βουλαῖς ἀφθέγκτοις κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.

Psell. 1149[a] (αὗται et βουλῶν ἀφθέγκτων P v; audacius Patricius νοούμεναι ἴυγγες π.). Hinc igitur profectus Proclus iynges in numero deorum νοητῶν καὶ νοερῶν collocavit (th. pl. 179,7: ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν νοερῶν τὰ μέν ἐστι νοητὰ καὶ νοερά, ὅσα νοοῦντα νοεῖται κατὰ τὸ λόγιον, ubi νοεῖσθαι idem valere videtur quod saepe: cogitando procreari, cf. p. 25), hinc ineffabilem hunc ordinem nominavit; cf. in Crat. 72,6: καὶ γὰρ τὰ λόγια περὶ ἐκείνων (quae ante caelum sunt) ὡς ἀφθέγκτων ἐνεδείξατο. 79,15. anon. l. c. — Praeterea his locis de eis agitur. Procl. in Crat. 79,17: θοὰς γὰρ αὐτὰς καὶ τὰ λόγια καλεῖ καὶ προϊούσας ἀπὸ τοῦ πατρὸς θύειν ἐπ' αὐτόν. Dam. II 78,13: ἔχουσι γοῦν καὶ τὸ πατρικὸν αἱ ἴυγγες, ὡς τὰ λόγια μαρτυρεῖ, εἰ καὶ μᾶλλον δυνάμεις (δύναμις M) λέγονται τοῦ πατρός (cf. 79,22. 92,23. 103,11. Procl. in remp. 65,25 P. th. pl. 43 ex.). Procl. th. pl. 205 ex. οὐ γὰρ μόνον αἱ τρεῖς αὗται θεότητες ἐκφαίνουσι τὰ πάντα καὶ συνάγουσιν, ἀλλὰ καὶ φρουροὶ τῶν ἔργων εἰσὶ τοῦ πατρὸς κατὰ τὸ λόγιον καὶ τοῦ ἑνὸς νοῦ τοῦ νοητοῦ i. e. mentis paternae. in Crat. 37,4: τοιοῦτον δή τι νοεῖν ἔμοιγε δοκεῖ καὶ τὸ διαπόρθμιον ὄνομα τῶν ἰύγγων, ὃ πάσας ἀνέχειν λέγεται τὰς πηγάς (de ipso patre cf. p. 19), quod forsitan pertineat ad versum:

πᾶς <γὰρ> ἔχει κόσμος νοεροὺς ἀνοχῆας ἀκαμπεῖς.

Psell. 1132[c] (πῶς codd., cf. p. 77[1]); cf. in Parm. 1199,36 de iyngum ordine: ἥτις ἔχει διαπόρθμιον δύναμιν, ὡς οἱ θεολόγοι λέγουσι πάντων ἀπ' ἐκείνης (ab ordine intelligibili) μέχρι τῆς ὕλης καὶ πάλιν

ἐπ' ἐκείνην τῶν πάντων. Quodsi credimus ex his ea in oraculis infuisse, quae diserte eis tribuuntur, efficitur iynges deos fuisse a patre prodeuntes eiusque iussa toti mundo reddentes; numerus definitus non fuit, sed duces habuerunt tres.[1]) Iyngum nomen non ex oraculis sumptum esse, sed ab eis qui patres magicos praedicarunt contendere nolo; nam in carmine rebus mirabilibus referto, in quo praesertim tantas ageret partes dea omnis magiae custos, fieri potuit ut rota quoque magica ad divinum honorem extolleretur[2]); de hoc autem instrumento qui cogitare nolet, ei altera patet via; ἴυγξ enim iamdudum quodlibet animae delenimentum vocabatur.[3])

Igneam, aetheream, terrenam iyngem a Platonicis demum distingui potuisse demonstravimus (p. 31 s.); difficilius est de altera re diiudicare. Nam synthemata deorum in hoc ordine apparere deos theurgis enuntiasse dicit Dam. II 86,7. 94,18 (cf. Procl. th. pl. 191,30. 193,33), hanc deam primam theurgis cerni (sc. iyngem) 102,17; idem sequi videtur Procl. in Crat. 70,9: καὶ ἡ θεουργία μέχρι ταύτης ἄνεισι τῆς τάξεως de extremo ordine intelligibili. Etenim cum mens paterna emittat symbola et synthemata (p. 23. 50), cernuntur in ordine insequenti. Sed latere potest etiam Iuliani placitum nobis ignotum.

Iynges in hierarchia Procliana sequuntur συνοχεῖς, de quorum partitione loquitur Dam. II 87,21: ὅτι γὰρ καὶ τὰς ἴυγγας οἱ θεοὶ πολλὰς ἡμῖν παραδιδόασι καὶ οὐ τρεῖς μόνας καὶ τοὺς συνοχέας πολλούς, δηλοῖ ἐκεῖνα τὰ λόγια·

ἀλλὰ καὶ ὑλαίοις ὅσα δουλεύει συνοχεῦσιν

οὐχ εἷς ἄρα ὁ ὑλαῖος συνοχεύς, ἀλλὰ πολλοί· οὕτω δὲ καὶ ὁ ἐμπύριος·

[1]) Hos qui haud diversos esse dicet a tribus illis principiis, quibus omnia serviunt (p. 38), refutari non poterit.

[2]) Similia multa apud gnosticos, maxime in libris Ieû quos edidit C. Schmidt, Texte und Unters. VIII. De rota magica O. Iahn, Ber. d. sächs. Ges. 1854 p. 257 s. Bury Journ. of hell. st. VII 157 ss. Cf. orac. ap. Porph. p. 157 W.: τοὺς μὲν ἀπορρήτοις ἐρύων ἴυγξιν ἀπ' αἰθέρος. Oraculis mandatum esse: ἐνέργει περὶ τὸν Ἑκατικὸν (sic codd.) στρόφαλον dicit Psell. 1133a.

[3]) Aristoph. Lys. 1110: οἱ πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων τῇ σῇ ληφθέντες ἴυγγι. DL. VI 76: τοιαύτη τις προσῆν ἴυγξ τοῖς Διογένους λόγοις. Ioseph. bell. Iud. II 8,11: Essenos putare animas συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας αἰθέρος ὥσπερ εἱρκταῖς τοῖς σώμασιν ἴυγγί τινι φυσικῇ κατασπωμένας (quod spectat Plotinus IV 3,13).

τοῖς δὲ πυρὸς νοεροῦ νοεροῖς πρηστῆρσιν ἅπαντα
εἴκαθε δουλεύοντα πατρὸς πειθήνιδι βουλῇ.[1])

καὶ ὅτι τοὺς ἄκρους, δῆλον ὡς καὶ τὸν μέσον (τῶν μέσων M: sc. aethereum) πολλοὺς εἶναι νοητέον. Cf. Procl. th. pl. 240,17. Macte impudentia! Quos igneos appellat, ei re vera nil sunt nisi fulmina a patre missa (p. 20), aethereum nusquam commemorari ipse concedit, terreni exstant, sed primi eorum capitis nullum vestigium. Ipsa fulmina hoc nomen gessisse videmus ex Dam. II 125,22:

φρουρεῖν αὖ πρηστῆρσιν ἑοῖς ἀκρότητας ἔδωκεν
ἐγκεράσας ἀλκῆς ἴδιον μένος ἐν συνοχεῦσιν.

Tres iyngum duces ἀκρότητας vocari modo cognovimus: eosdem similesve hic quoque dici existimabimus. Verba simillima ad deos inexorabiles refert Procl. th. pl. 320,32: ὡς γὰρ τὰ λόγια πρηστηρίδι φρουρᾷ περιέχεσθαί φησιν τὴν δημιουργικὴν τάξιν. Scilicet ad hos a συνοχεῦσιν custodiendi potestatem transferri fingit 321,34: τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν συνεκτικῶν θεῶν εἰς τοὺς νοεροὺς ἐφῆκον βασιλέας τῆς φρουρᾶς ἀγαθόν. cf. Psell. hyp. 10. Vides quantis machinis Chaldaeorum theologiam multo simpliciorem ad suam adaptaverint. Quid quod accepimus patrem πασῶν συνοχέα τῶν πηγῶν dictum esse? (p. 19). Tale quid praeter ipsum nomen secutus esse videtur Dam. II 43,20: διὸ καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν οἱ συνοχεῖς ὁλοποιοὶ παραδίδονται τῶν νοερῶν διακόσμων. Nonne etiam id summo patri aptissimum est, quod de primo i. e. igneo συνοχεῖ tradit Procl. th. pl. 212 ex. πάντα γὰρ συνέχων τῇ ἑαυτοῦ μιᾷ τῆς ὑπάρξεως ἀκρότητι κατὰ τὸ λόγιον αὐτὸς πᾶς ἔξω ὑπάρχει?[2])

Sequuntur teletarchae eandem exhibentes partitionem, de qua loquitur Procl. th. pl. 240,23: διὰ τί δὲ αὖ καὶ οἱ τελετάρχαι συνδιῄρηνται τοῖς συνοχεῦσιν; ὅτι ὁ μὲν πρῶτος τὰ ἔσχατα ἔχων (Plat. Parm. 145a) ἀνοχεῖ τὸν ταρσὸν τοῦ πυρός (hoc ex oraculis

[1]) Eidem tres versus 59,26, sed πατρὸς π. β. addidi ex Procl. in Parm. 941,28. 942,26. In versu quem ex Psell. 1132c modo attuli scribendum esse ἵππος κόσμος ἔχῃ νοεροὺς συνοχῆας ἃ. dixit Thilo III 13 adn.

[2]) Iamblicheae doctrinae frustulum servavit Iulian. or. V 165d: τοῦτον οὖν τὸν Γάλλον, τὸν νοερὸν θεόν, τὸν τῶν ἐνύλων καὶ ὑπὸ σελήνην εἰδῶν συνοχέα. — Sero vidi Thilonem III 11 adn. de his dis egisse, nec tamen multum doleo: nam et hic et alias philosophorum somniis tantam habet fidem, ut ad veram systematis Chaldaici cognitionem non perveniat.

petitum videtur), ὁ δὲ μέσος ἀρχὰς καὶ τέλη καὶ μέσα περιέχων τελειοῖ τὸν αἰθέρα τριπλοῦν ὄντα καὶ αὐτόν (p. 32), ὁ δὲ τρίτος . . . τὴν ἀσχημάτιστον ὕλην τελειοῖ καὶ ἄμορφον. Dam. II 87.10: ἀλλὰ τῶν τελεταρχῶν ἐστιν ὑπόβασις[1]) ἑβδομαδική, διὰ τῶν ἑπτὰ χωροῦσα στερεωμάτων, τοῦ μὲν ἐμπυρίου τελετάρχου τριάδα ἐμπύριον ἀφ' ἑαυτοῦ προβαλλομένου, τοῦ δὲ αἰθερίου <τρεῖς> τριάδας αἰθερίους, τοῦ δὲ ὑλαίου τρεῖς ὁμοίως ὑλαίας; cf. 95.20. Sed infirmissimis niti fundamentis universam hanc divisionem a Platonicis demum excogitatam demonstravimus; praeterea de his quoque dis ea oraculis praedicata esse, quae multas in partes verti possent, ex Damascii de primis principiis libro cognoscimus. Ibi enim I 290,13 iynges mundum complere vult intelligibilem, συνοχεῖς et teletarchas medium i. e. νοητὸν καὶ νοερόν; cf. 15: λείπεται ἄρα τὸν συνοχικὸν διάκοσμον ἅμα τῷ τελεταρχικῷ ποιεῖν τὸν μέσον. καὶ τίς ἡ τοῦ μέσου τριάς; ἢ οἱ μὲν τελετάρχαι συνήρτηνται τοῖς συνοχεῦσι κατὰ τὸ λόγιον, αὐτοὶ δὲ οἱ συνοχεῖς τρεῖς εἰσιν.[2]) Cf. 291.11: καὶ τίς ἡ μέση δυάς; (hic enim intelligibilem mundum simplicem esse vult, medium duplicem, intellectualem triplicem) ἡ συνοχικὴ φύσις καὶ ἡ τελεταρχική, αὕτη μὲν διορίζουσα τὴν συνοχὴν

εἰς ἀρχὴν καὶ τέρμα καὶ εἰς μέσα τάξει ἀνάγκης.

ubi αισματα M pro εἰς μέσα. Eandem utrorumque comprehensionem tangit etiam II 147.4: ὥστε καὶ συνειλῆφθαι (-λῆφθαι M, an συνειλεῖσθαι?) τοῖς συνοχεῦσι τοὺς τελετάρχας. Videntur igitur συνοχεῖς vel teletarcharum vel simili nomine — nam illud in reliquiis non legitur, aliunde illatum esse neque affirmari neque negari debet — aliquo loco appellati esse. καὶ ψυχοκράτωρ ὁ τοῖς αἰθερίοις ἐπιβεβηκὼς ἐστι τελετάρχης (Procl. in Tim. 157ᵃ) is qui affert ex oraculis sumptum esse non dicit: sed fieri potuit, ut mysteriorum custodes cum anima arctius connecterentur. De rebus longe aliis apertum est loqui versus:

ἀλλ' ὄνομα σεμνὸν καὶ ἀκοιμήτῳ στροφάλιγγι
κόσμοις ἐνθρῴσκον κραιπνὴν διὰ πατρὸς ἐνιπήν.

[1]) ὑπόβασις nil nisi aliud nomen σειρᾶς (p. 22). σειρὰ autem est προποδισμὸς οὐσίας ἀπὸ ἑνὸς εἰς πλῆθος ἐκπληρουμένης 89.5, cf. I 116.23: ἀλλά τις ὅλη σειρά ἐστι πρόοδος καθ' ὑπόβασιν προποδίζουσα πρώτων καὶ μέσων καὶ τελευταίων.

[2]) συναίρηνται (αι in ras.) M. συνῄρηνται Lobeck Agl. 103 adn. et Thilo III 10 a. ex Procl. th. pl. 240,23 (cf. 218.8) perperam; neque enim pariter utrosque tripertitos esse, sed comprehendi ut unam efficiant triadem dicit Dam. συνήρτηνται scripsi dubitanter; an συναιροῦνται?

Procl. in Crat. 23,20 qui ad teletarchas refert ib. 37,6. Quod autem dicit: καὶ γὰρ τὸ διαπόρθμιον (p. 40) ὄνομα τὸ ἐν ἀπείροις κόσμοις ἐνθρῷσκον (p. 20 v. 3.) in Alc. 441,30, utrum hos spectet an iynges incertum est.[1]) Nimis exilia tradit Dam. II 125,8: οἱ δὲ θεοὶ τοῖς Χαλδαίοις τὴν τελεστικὴν μάλιστα παραδεδώκασι τήνδε τῆς τάξεως ἰδιότητα καὶ ἄρχουσαν ἀποφαίνουσι τῶν τελεστῶν; sed illud hinc concludo, perpauca de his dis in oraculis dicta fuisse; nam si plura invenissent philosophi vel maxime a suis praeceptis distantia, multo plura in his argute interpretandis et ad suam sententiam deflectendis verba consumpsissent. Fortasse teletarchae daemones fuerunt boni inimici eis, qui a mysteriis abducebant homines (p. 55).[2])

Inferiores potestates in angelos, daemones, heroes divisas esse testatur Olymp. in Alc. 22, testis haud idoneus. Heroes nusquam deprehendimus, angelos ubi de theurgis et divinatione agitur (p. 53 ss.), daemones saepius. Valde dolendum est quod non integrum habemus fragmentum ap. Psell. 1137a:

> ἡ φύσις πείθει †πιστεύειν εἶναι τοὺς δαίμονας ἁγνούς
> καὶ τὰ κακῆς ὕλης βλαστήματα χρηστὰ καὶ ἐσθλά.[3])

In v. 1 si Pselli interpretationem sequimur, verbum quale προδραμεῖν requiritur: pravae materiae bonam esse progeniem mirum, ideoque Proclus simulare eos benignitatem coniecerat, idem φύσις sic explicaverat, ut „naturae nomen in teletis advocatum" esse diceret. Haec si abicimus, omnia incorrupta putare possumus: v. 1 incipit a πείθει. ἡ φύσις Psellus e praecedentibus supplevit, ut saepe: natura fide indigna (p. 49 s.) persuadet nobis, ut daemones qui improbi sunt sanctos, materiae malae prosapiam bonam arbitremur. — Sed probos quoque daemones novit Psell. hyp. 23: οὗ (sc. τοῦ δαιμονίου) τὸ μὲν δύναμιν ἀγαθοειδῆ κέκτηται συλλαμβάνον ταῖς ἱερατικαῖς ἀνόδοις ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ταύταις (p. 55), τὸ δὲ καθέλκει τὰς ψυχάς· ὃ καὶ θηροπόλον καὶ ἀναιδὲς καλεῖται τὴν φύσιν ἐπιστρεφόμενον καὶ ταῖς μοιραίαις δόσεσιν ὑπηρετοῦν (p. 48) καὶ θέλγον τὰς ψυχάς (p. 55)· ἢ κολάζον τὰς ἐρήμας ἀπολειφθείσας

[1]) Idem magicis patribus tribuit Dam. II 201,2: οἱ γὰρ ἐπὶ μαγειῶν πατέρες εἰς τε τὸ ἐμφανὲς πάντα προάγουσι καὶ πάλιν εἰς τὸ ἀφανὲς περιάγουσιν ὡς ἂν διαπόρθμιοι ἑστῶτες κατὰ τὸν λόγον οἷον τῷ πατρὶ καὶ τῇ ὕλῃ.

[2]) In hymnis Orphicis Bacchus trietericus et Silenus teletarchae appellantur (52,3. 54,1) quod mysteriorum praesides sunt.

[3]) τὰ τῆς κακῆς P. τῆς om. A

τοῦ θείου φωτός, ὃ καὶ ἐν τῷ κοιλώματι φέρεται (Tartaro) εἰς ἄρρεν καὶ θῆλυ διῃρημένον. Daemones feminas oraculis tribuere dubito: noverunt eas Procl. in Tim. 15ᵈ 16ᶜ. Hermias 87. pap. Leid. ap. Dieterich Abr. 194,10. — Pravi sunt terrestres:

ἐκ δ' ἄρα κόλπων
γαίης θρώσκουσιν χθόνιοι κύνες οὔποτ' ἀληθὲς
σῆμα βροτῷ δεικνύντες.

Psell. 1140 (sic Pv); convenienter dicitur veritatem in terra non esse (cf. infra) Ideo etiam caeci vocantur: Procl. in remp. 115,29 S.: εἰ μὴ πρὸς τῷ λογικῷ τι δαιμόνιον καὶ ἄλογον ἦν, ὃ δὴ καὶ τὰ λόγια κυσὶν[1]) ἀπεικάζειν εἴωθε καὶ πηρὸν ἀποκαλεῖν ὡς νοῦ καὶ διανοίας ἄμοιρον (cf. πηρὸν βάθος infra). Solis igitur eis qui trans lunam versabantur plena fides fuisse videtur, cf. Olymp. in Phaed. 195,21: ἀπὸ δὲ τῶν ἀερίων ἄρχονται συνυφίστασθαι οἱ ἄλογοι δαίμονες· διὸ καὶ τὸ λόγιόν φησιν·

ἠερίων ἐλάτειρα κυνῶν χθονίων τε καὶ ὑγρῶν[2]).

Quorum ultimi fortasse ὑδροβατῆρες dicti sunt, cf. Procl. in Tim. 270ᵇ: διὸ καὶ τὸ λόγιον ὑδροβατῆρας καλεῖ τοὺς θεοὺς τούτους. Bonos autem illos qui supra lunam habitabant angelos dictos esse et per se verisimile est et verisimilius fit eis quae de Porphyrio narrat Aug. de civ. d. X 9: *quamquam itaque discernat a daemonibus angelos aeria loca esse daemonum, aetheria uel empyrea disserens angelorum* et X 27: *tu autem hoc didicisti non a Platone, sed a Chaldaeis magistris, ut in aetherias uel empyrias mundi sublimitates et firmamenta caelestia extolleres uitia humana, ut possent di uestri theurgis pronuntiare diuina* i. e. angelos collocas trans lunam deorum vestrorum mendacium responsa hominibus reddentes et ideo ipsos quoque mentientes. Cf. X 26: *et angelos quippe alios esse dixit qui deorsum descendentes hominibus theurgicis diuina pronuntient, alios autem* . . . Sed has res iterum tangemus, ubi ad theophanias peruenerimus;

[1]) In canum appellatione contemptus per se non inest. Pythagorei planetas Περσεφόνης κύνας dixerunt (Clem. str. V 676); scintillae vocantur Ἡφαίστου κύνες (Alexis fr. 149,16). De Eumenidibus Aesch. Cho. 924. Eur. El. 1342 etc., de Harpyis μεγάλοιο Διὸς κύνας Ap. Rh. II 289; cf. Rohde Psyche 375[1], Dieterich Nekyia 51[2]. — Cf. Procl. in remp. 51,11 P.: τὰ μὲν οὖν παντοδαπὰ δείματα δαιμόνων ὄψεις ἦσαν φοβερὰ καὶ ὄψεσιν ἐοικότων καὶ κυσίν.

[2]) Cf. pap. Lond. 121 (Denkschr. d. Wien. Ak. 42) 322 φυλάξατε τὸν δεῖνα ὃν δεῖνα (sc. ἔτεκεν) ἀπὸ πάσης ἐπηρείας δαίμονός τε φρικτοῦ καὶ πάντων ἀερίων

nunc satis habeo indicasse angelos ab Iudaeis hellenizantibus sumptos videri.[1])

Deos zonaeos et azonos in eo quem Assyrii celebrarint numero ponit Procl. in Parm. 647.6: οἷα τὰ τοῖς Ἀσσυρίοις ὑμνημένα, ζῶναι καὶ ἄζωνοι καὶ πηγαὶ καὶ ἀμείλικτοι καὶ συνοχεῖς. Dam. II 214.15: διὸ καὶ ἄζωνοι κέκληνται πρὸς αὐτῶν τῶν θεῶν ὡς οὐ περιβάλλοντες ἑαυτοῖς τὸν κόσμον οὐδὲ ἐνδεθέντες αὐτοῦ ταῖς μοίραις οἷον ζώναις τισίν. cf. I 241,18. Psell. 1152[b]. hyp. 18 s. Serv. ad Aen. XII 118. Marc. Cap. I 61. At nullum habent quo id confirment oraculorum versum: scimus vero zonas (i. e. planetarum orbes) tractasse Iulianum, ὡς Ἰουλιανὸς ἐν ἑβδόμῳ τῶν Ζωνῶν dicit Procl. in Tim. 246[f]; ab hoc, cuius vestigia non primum scrutamur, illos deos in Platonicorum theologiam transisse arbitror. Confirmatur haec opinio Damascii loco II 235,22: εἰ καὶ ζωναῖός ἐστιν οἷος ὁ θεουργοῖς ἐκφανείς ποτε χρόνος et Procli in Tim. 252[b]: ἀλλ᾽ οὐχ οἵ γε θεουργοὶ ταῦτα πεπόνθασιν . . . ἀλλὰ τὸν χρόνον αὐτὸν ὑμνήκασιν ὡς θεὸν καὶ ἄλλον μὲν τὸν ζωναῖον . . . ἄλλον δὲ ἄζωνον. Nam ab Iuliano hunc deum evocatum esse accepimus: Procl. in Tim. 244[e] 246[df] 251[b] 263[d]. Simpl. in phys. 795,4: ἀλλὰ καὶ Πρόκλος . . . περὶ μὲν τοῦ χωριστοῦ (i. e. ἀζώνου) χρόνου τὰ αὐτά πως τῷ Ἰαμβλίχῳ φιλοσοφεῖ καὶ οὐ μόνον νοῦν ἀλλὰ καὶ θεὸν αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρᾶται, ὡς καὶ εἰς αὐτοψίαν ὑπὸ τῶν θεουργῶν κληθῆναι; cf. 785,8. Dam. II 231,2. Cf. pag. 33[1].

Quoniam de dis maioribus et minoribus exposuimus, nunc ea nobis colligenda et expendenda sunt, quibus de animae humanae condicione agitur. Scintillam igitur animae constare e mente, spiritu divino, amore accepimus; singulorum animam e mundana, quae est in Hecate, effluere putabimus. Solo cogitando patrem homini animam indidisse discimus e versu:

ταῦτα πατὴρ ἐνόησε, βροτὸς δέ οἱ ἐψύχωτο[2])

Procl. in Tim. 336[a]. — Medium inter mentem divinam et corpus mortale tenet locum:

[1]) Haud scio an ad oracula redeat τὰ τῶν δαιμόνων πολυχεύμονα φῦλα Psell. de oper. daem. 30 B.

[2]) Simillimum est εἰς τρία γὰρ νοῦς εἶπε etc. p. 18; vel e LXX vel e gnosi haec repetenda sunt. Cf. Dieterich Abraxas 21 ss.

νοῦν μὲν ἐνὶ ψυχῇ, ψυχὴν δ' ἐνὶ σώματι ἀργῷ
δήσας ἐγκατέθηκε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.[1])

Quae expressa sunt ex Plat. Tim. 30b: νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο et fortasse non ad singulos, sed ad mundum revocanda. — Vera animae natura divina est:

† ὅτι ψυχὴ πῦρ οὖσα φαεινὸν δυνάμει πατρός
ἀθάνατός τε μένει καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστὶν
† καὶ ἔχει πολλῶν πληρώματα κόλπων

Psell 1141c (v. 3 πολλὰ v).[2]) Ignea est anima ut omnia quae a patre prodeunt, vitae domina, quod vitam dat corpori. Extrema cum prioribus non antiquitus conexa fuisse persuasum habeo et pertinere ad animae ὄχημα — αὐγοειδές et πνευματικόν nominare solent Platonici — quod inter corpus et animam interponitur.[3]) Cf. Procl. in Tim. 311a: καὶ δοκοῦσιν (οἱ περὶ Πορφύριον) ἕπεσθαι τοῖς λογίοις ἐν τῇ καθόδῳ τὴν ψυχὴν λέγουσι συλλέγειν αὐτὸ λαμβάνουσαν αἰθέρος μέρος ἡλίου τε σελήνης τε καὶ ὅσα ἠέρι συνέχονται (cf. p. 33). Quod unde in descensu sumptum est, eo in regressu revertitur, Procl. in remp. 392.1 B.: ἵνα καὶ τὸ φαινόμενον ὄχημα (corpus mortale) διὰ τῆς ἐμφανοῦς αὐτῶν κινήσεως τύχῃ τῆς πρεπούσης θεραπείας καὶ τὸ τούτου θειότερον ἀφανῶς καθαρθῇ καὶ εἰς τὴν οἰκείαν ἀποκατασταθῇ λῆξιν ὑπὸ τῶν ἀερίων καὶ τῶν σεληναίων καὶ τῶν ἡλιακῶν αὐγῶν ἀνελκόμενον, ὥς που φησί τις τῶν θεῶν.

---

1) Procl. in Tim. 124d et valde corruptum 97b. δήσας conieci pro δὲ ἡμέας vel ἡμᾶς. — Ex oraculis hausisse videtur Procl. in remp. 17,20 R: τοῦτον <τὸν> χαρακτῆρα (ΝΞ ex Pl. Tim. 36b) τῇ οὐσίᾳ τῶν ψυχῶν ἐγκάρδιον ἐνθείς, cf. 23.

2) Haec praeter alia spectat Psell. 1152c εἰ γὰρ κατὰ τὸ λόγιον μοῖρα τοῦ πυρός ἐστι τοῦ θείου καὶ πῦρ φαεινὸν καὶ νόημα πατρικόν, εἶδός ἐστιν ἄϋλον καὶ αὐθυπόστατον. Cf. Plut. de occ. viv. 1130b αὐτήν τε τὴν ψυχὴν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων φῶς εἶναι τῇ οὐσίᾳ νομίζουσιν. Cornut. 3,14.

3) Cf. Porph. sent. 32 (Stob. I 429.16): ἐξελθούσῃ γὰρ αὐτῇ τοῦ στερεοῦ σώματος τὸ πνεῦμα συνομαρτεῖ ὃ ἐκ τῶν σφαιρῶν συνελέξατο. Iambl. ap. Stob. I 385,5, ubi pro ἀγγελιώδους scr. ἀγγειώδους „eius quae in vasculo est i. e. corpore.“ (374.2 scr. αὐγοειδέσι). Dubito eodem modo explicare Herm. trism. 75,8. 77,12. A Pythagoreis hanc opinionem repetendam esse pro certo habeo, cf. Lobeck Agl. 932ss. et mythum a Plutarcho e Xenocrate (Heinze 123ss.) desumptum de facie 28ss.

Hanc divinam naturam purissimam conservabit, si humilem corporis servitutem quam minime subierit. Huc pertinent versus lacerati:

† ψυχὴ μερόπων θεὸν ἄγξει ἐς αὐτήν
οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα * * ὅλη μεμέθυσται·
† ἁρμονίαν αὐχεῖ γὰρ ὑφ' ἧ πέλε σῶμα βρότειον.

Psell. 1137[a] (v. 1 δὲ pro ἐς V, v. 3 πέλω V, sed ει ss. V[2]), qui in v. 1 legisse videtur θεοῦ ἄγξει πῦρ ἐς ἑαυτήν, in v. 3 id quod traditur. Pythagoream subesse sententiam, secundum quam corporis harmonia est anima (cf. e. g. Plotin. IV 7,8), existimabit aliquis: cf. Herm. ap. Stob. I 460,3: ὅθεν δεῖ καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα αὐτῆς σύνοδον ἁρμονίαν θεοῦ ὑπὸ ἀνάγκης γενομένην εἶναι. Cum αὐχεῖ, si verum est, cf. Philo de opif. p. 24,15 et quae attulit Cohn. — Procl. in remp. 53,32 S.: <ἃς> καὶ οἱ θεοί φασι τὴν γένεσιν ἐπιστρεφομένας θητεύειν, ἀλλ' ἀδαμάστῳ τῷ αὐχένι θητευούσας ἀνάγεσθαι πάλιν ἐντεῦθεν καταλιπούσας τὴν γένεσιν (sic in V; perperam ἀδαμάτῳ Iahn Procl. ecl. 9). Cf. Procl. in Tim. 174[a]: ἐν ταῖς ἀχράντοις (-τοις ed.) ψυχαῖς αἳ καὶ τὰς καθόδους ἀπήμονας ποιοῦνται καὶ προβέβληνται ζωὴν ἀμείλικτον καὶ ἀδάμαστον. Ps. Apul. Asclep. 37,11 G.: *quare animam* (corpus) *obtorto ut aiunt detinet collo.* Corpus enim est fluxum et fragile (ῥευστόν p. 54, cf. Procl. in rp. 114,29 S.: διὰ τὴν ἐν τῷ σώματι τῷ σκιδναμένῳ κατάταξιν αὐτῆς et ib. 51,15: πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν ἐνύλων καὶ τὸ ῥόθιον αὐτῆς), est terra qua levare oportet cor (γῆ ἀφ' ἧς δεῖ κουφίζειν τὴν καρδίαν Procl. exc. Vat. 193,3), nequitiae radix (ῥίζα τῆς κακίας τὸ σῶμα ib. 17, cf. Iahn 22), materiae purgamentum (p. 31[7] et infra) quae foeda est (Procl. in remp. 26,20 R: τὴν δὲ ὕλην αὐχμηρὰν ὡς ἄγονον καὶ τῶν λογίων λεγόντων ἀκούομεν, cf 121,27 S.) et subiecta necessitati quae a natura et fato diversa non est. Psell. hyp. 25: τὸ δὲ νοερὸν πῦρ (p. 47[7]) ἄνωθεν ἥκει καὶ μόνης δεῖται τῆς οἰκείας πηγῆς· εἰ δὲ συμπάθοι σώματι, θεραπεύειν ἀνάγκη καὶ ὑπὸ τῇ μοίρᾳ τετάχθαι καὶ ὑπὸ τῆς φύσεως ἄγεσθαι[1]).

[1]) Orphica et Pythagorea haec quoque; cf. Rohde 415. Plat. Tim. 43[a]: τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον. Phaed. 62[b], Crat. 400[b]. Onat. ap. Stob. I 50,3: ἁ δέ γα τῶ σώματος κρᾶσις μιαίνει τὸ καθαρὸν τᾶς ψυχᾶς· ἃ μὲν γὰρ ἀκήρατος καὶ θεῖόν ἐστι, τὸ δὲ θνατὸν καὶ θολομιγές. Cf. epigrammata a Rohdio 674[2] allata. De fato Plotin. III 1,10. Iambl. ap. Stob. II 173,10: καθ' ὅσον μὲν δίδωσιν εἰς τὰ γιγνόμενα καὶ ὑπὸ τὴν τοῦ παντὸς

Cuius regnum a luna incipit[1]) (cf. p. 20. 33 s.). Procl. in remp. 10,5 R.: εἰς τὴν σεληνιακὴν . . . σφαῖραν, ἐν ᾗ τῆς γενέσεως αἰτίαι πάσης καὶ ὥς φησί τις ἱερὸς λόγος, τὸ αὔτοπτον ἄγαλμα τῆς φύσεως προσλάμπει. Lunarem deam esse Hecaten, quae naturae fontem continet, non abs re erit adnotare. Hac de causa vetatur:

μὴ φύσεως καλέσῃς αὔτοπτον ἄγαλμα

Psell. 1136[c], quod ad theophanias referendum est (in fine explanationis scr.: ἐποίσει γάρ σοι μεθ' ἑαυτοῦ φυσικῶν τεράτων [τεττάρων ed.] μόνον πληθύν, cf. 1137[a] supra p. 45). Cui simillimum hoc:

μὴ φύσιν ἐμβλέψῃς· εἱμαρμένον οὔνομα τῆσδε.[2])

Iam igitur perspicuum est, quo iure haec confinxerit Proclus de oraculis verba faciens: *a qua* (Hecate) *et totum fatum suspendentes duas faciunt* σειράς, *hanc quidem animalem* (ψυχικήν), *hanc autem ut diximus* μοιραίαν; *et animam ex altera trahentes quandoque aiunt fato servire, quando irrationalis facta* (ἀλογωθεῖσα) *dominum permutauerit, pro prouidentia fatum* de prov. 179,26. Quoniam natura cum fato confundebatur, e naturae fonte fati fontem fecit, id quod etiam confitetur th. pl. 317,26: ἡ γὰρ τῆς φύσεως πηγή, καὶ εἱμαρμένη πρωτίστη παρ' αὐτῶν ἀποκαλεῖται τῶν θεῶν· μὴ φύσιν κτέ. Fati et providentiae oppositio (cf. Psell. 1145[c]) Procli est, non oraculorum, etsi ille dicit dec. dubit. 76,9 *et oraculis efficacissime attestantibus Platonis demonstrationibus; etenim hanc ipsam oraculorum traditionem ad dignos dictorum auditores existimo esse apertissimam prouidentiae attestationem ad quaecunque multorum intelligentiis obsistunt ad susceptionem eius quod est omnia secundum prouidentiam esse phantasmata propul-*

φορὰν ἑαυτὴν ὑποτάττει, κατὰ τοσοῦτον καὶ ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην ἄγεται καὶ δουλεύει ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις. A Pythagoreis acceperunt Esseni (Zeller V[3] 297[1]) et Valentiniani (exc. Theodot. 69 ss.). Cf. pap. Leid. 183,58 D.

[1]) Simillime Basilidiani, cf. Hippol. 368,51: πάντα οὖν ἐστι προνοούμενα καὶ διοικούμενα ὑπὸ τῆς ἐντελεχείας τοῦ ἄρχοντος τοῦ μεγάλου τὰ αἰθέρια, ἅτινα μέχρι σελήνης ἐστίν. 62 τὸ δὲ ἐν τῷ διαστήματι τούτῳ ὁ σωρὸς αὐτός ἐστι, φησί, καὶ ἡ πανσπερμία καὶ γίνεται κατὰ φύσιν τὰ γινόμενα. Fatum quasi quandam imaginem providentiae esse vult Iambl. ap. Stob. II 174,4. Herm. trism. ib. I 74,4: ὁ μὲν λόγος κατὰ πρόνοιαν, τὸ δὲ ἄλογον κατ' ἀνάγκην, τὰ δὲ περὶ τὸ σῶμα συμβεβηκότα καθ' εἱμαρμένην.

[2]) Procl. th. pl. 317,29. de prov. 155,26. 164,7. in Tim. 322[d]. — Iambl. ap. Stob. I 81,8: τῆς δ' εἱμαρμένης ἡ οὐσία σύμπασά ἐστιν ἐν τῇ φύσει.

*sandum.* Quodsi dicitur: μὴ συναυξήσῃς τὴν εἱμαρμένην,[1]) ita hoc vertemus: noli augere corporis in te dominationem. (Cf. Clem. exc. Theodot. 52). Ergo qua corporeus, dignus est hac allocutione homo:

ὦ τολμηρᾶς φύσεως ἄνθρωπε τέχνασμα.

Psell. 1136ᵃ (τ. ἐκ φ. Opsop.).

Pater tamen animam cum corpore luctantem non deserit; indidit enim ei suae mentis particulam, tesseram quasi quandam hospitalem, et per totum mundum potentiae suae indicia dispersit. Facile igitur est animis, etiamsi, postquam in terram deciderunt, divinae originis parumper oblitae sint, deum patrem in memoriam revocare:

σύμβολα γὰρ πατρικὸς νόος ἔσπειρεν κατὰ κόσμον,
ὃς τὰ νοητὰ νοεῖ καὶ ἄφραστα κάλλη νοεῖται.[2])

Ubi symbola dici possunt quaecunque a deo prodeunt.

ἀλλ᾽ οὐκ εἰσδέχεται κείνης τὸ θέλειν πατρικὸς νοῦς,
μέχρις ἂν ἐξέλθῃ λήθης καὶ ῥῆμα λαλήσῃ
μνήμην ἐνθεμένη πατρικοῦ συνθήματος ἁγνοῦ.[3])

Animae enim secundum Orphicorum opinionem in genesin intrantes oblivionem patiuntur eorum quae apud deum conspexerunt: Plat. Phaedr. 248ᶜ ss. rp. X 621ᵃ. Verg. Aen. VI

[1]) Psell. 1145ᶜ. Procl. de prov. 164,8 *neque coaugeas fatum cuius finis* * * fort. μηδὲ σ. τὸ πεπρωμένον, οὗ τέλος <οὐδέν>. — Guilelmi de Moerbeka latina sic fere verterim: καὶ τῶν λογίων ἐναργέστατα μαρτυρούντων ταῖς τοῦ Πλάτωνος ἀποδείξεσιν· καὶ γὰρ αὐτὴν ταύτην τῶν λογίων τὴν παράδοσιν πρὸς ἀξίους τῶν εἰρημένων ἀκροατὰς εἶναι νομίζω τὴν φανερωτάτην τῆς προνοίας μαρτυρίαν ἐπὶ τὸ ἴσα ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις ἀνθίστασθαι πρὸς τὴν τοῦ πάντα κατὰ πρόνοιαν εἶναι παραδοξίαν ἀπελαύνουσαν φαντάσματα.

[2]) Procl. in Crat. 23,23. καλλωπίζεται cod. Vat. Ita fere restituo: ὃς τ. ν. ν. κ. ἄφραστα κάλλη ἐνοεῖται. V. 1 sic exhibet Psell. 1141ᵃ: σύμβολα πατρικὸς νόος ἔσπειρε ταῖς ψυχαῖς.

[3]) Psell. 1148ᵃ. Procl. th. pl. 12,5. 104 ex. ἕκαστον οὖν εἰς τὸ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἄρρητον εἰσδυόμενον εὑρίσκει τὸ σύμβολον τοῦ πάντων πατρός. 207,2. in Tim. 2ᶜ. 65ᵃᵉ. in Crat. 33,20. 34,13. Recte exc. Vat. 195,16: ἡ φιλοσοφία τήν τε λήθην καὶ ἀνάμνησιν τῶν ἰδίων λόγων τίθεται . . . τὰ δὲ λόγια τῶν πατρικῶν συνθημάτων. 192,22. Cf. ῥῆμα laminae Orphicae (Kaibel IGS 641) quo anima in Orcum degressa utitur, ut ei concedatur ex memoriae fonte bibere et oblivionem excutere. symbola Ophitarum ap. Orig. c. Cels. VI 296. oraculum ap. theosophum p. 108,11 Bur.: θνητοῖς γὰρ χαλεπὸν φύσιν ἄμβροτον ὀφθαλμοῖσιν | εἰσιδέειν, εἰ μή τις ἔχῃ σύνθημα θεῖον.

749. Dieterich Nekyia 90 ss. — Qua autem via ad patrem redeant, id multis verbis oracula exsecuta esse docemur multitudine reliquiarum huc spectantium.

δίζηαι ψυχῆς ὀχετόν, ὅθεν ἢ τίνι τάξει
σώματι θητεύσασ' * * ἐπὶ τάξιν
αὖθις ἀναστήσεις ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.[1])

Ergo homini non solum quaerendum est, unde animam suam acceperit — verbis τίνι τάξει forsitan indicetur non eandem esse omnium originem (cf. p. 58)— sed etiam ἔργῳ opus est, ut reditum inveniat; ἱερὸν λόγον mundi intelligibilis patrisque cognitionem dici existimo. Hanc praeter fragmentum quod exhibui p. 11 describit hoc:

ἑσσάμενον πάντευχον ἀκμὴν φωτὸς κελάδοντος
ἀλκῇ τριγλώχινι νόον ψυχήν θ' ὁπλίσαντα
πᾶν τριάδος σύνθημα βαλεῖν φρενὶ μηδ' ἐπιφοιτᾶν
ἐμπυρίοις σποράδην ὀχετοῖς, ἀλλὰ στιβαρηδόν.

Dam. I 155,11 (v. 3 τοιαδος M. corr. Ruelle). Mystica est ignis et numerii ternarii vis ad id cognoscendum valida, quod ipsum quoque igneum et tripertitum est (p. 13, de ὀχετοῖς p. 35). Nec minus mysticus est versus:

κέντρῳ ἐπισπέρχων σαυτὸν φωτὸς κελάδοντος.

quem sic inducit Procl. in Tim. 236[d]: εὔτροχον δὲ τὸ νοερὸν ... τὸ περὶ τὸ νοητὸν ὡς κέντρον φερόμενον κέντρῳ κτέ., φησί τις θεῶν: quamquam ad ipsum ignis cultum pertinere haec potuisse non nego. — Ex eadem fere carminis parte:

οἰγνύσθω ψυχῆς βάθος ἄμβροτον. ὄμματα [δὲ] πάντα
ἄρδην ἐκπέτασον ἄνω.

Psell. 1137[b] (οἰγνύσθω V, ἡγεῖσθω v, ἠγνίσθω P. ἄρδην V[2] ex?), quae interpretatur Procl. exc. Vat. 193,1[2]).

---

[1]) Psell. 1129[c]. θητεύσας codd., ἀναθήσας V[1], corr. m[2]. Suppleas: θητεύσαντ' ὑπέβη καὶ πῶς? Cf. Synes. de insomn. 139[c]. Iambl. de myst. 272,7 ἀλλ' ἀπὸ τῆς πρώτης καθόδου ἐπὶ τούτῳ κατέπεμψεν ὁ θεὸς τὰς ψυχάς, ἵνα πάλιν εἰς αὐτὸν ἐπανέλθωσιν. De servitute cf. p. 48.

[2]) Errat Iahn 16 apud Procl. de prov. 171,33 *imum* verum esse ratus: fuit αὐτὸ τὸ ἓν τῆς ψυχῆς, cf. e. g. exc. Vat. 194,8. — Philo de praem. et poen. 6: καταμύσας γοῦν τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα τὸν ἔμπροσθεν αἰῶνα τοῖς συνεχέσιν ἤθεσι μόγις ἤρξατο διοίγνυσθαι καὶ τὴν ἐπισκοτήσασαν διακρίνειν καὶ ἀποσκεδάζειν ἀχλύν.

Ad liberandam corporis servitio animam praeter ea quae attulimus spectant haud pauca:

χρὴ δὲ χαλινῶσαι ψυχὴν βροτὸν ὄντα νοητόν,
ὄφρα μὴ ἐγκύρσῃ χθονὶ δυσμόρῳ, ἀλλὰ σαωθῇ.

Lyd. de mens. 4,13; in terra enim plurimum valet materia; cf. sententiam Hermeticam ap. Stob. I 275,21: οὐδὲν ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲν κακὸν ἐν τῷ οὐρανῷ. Eadem opinio subest ap. Procl. th. pl. 297,34: τὸν Προμηθέα . . . προνοοῦντα τῆς λογικῆς ἡμῶν ζωῆς, ἵνα μὴ βαπτισθεῖσα χθονὸς οἴστροις καὶ ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις (cf. p. 48 s.), ὥς φησί τις τῶν θεῶν, ἀπόληται [1]. Nam quod homini praecipitur:

χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος καὶ πρὸς πατρὸς αὐγάς,
ἔνθεν ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν, [2]).

id nisi corpore liberata anima assequi non potest:

οὐ γὰρ ἐφικτὰ τὰ θεῖα βροτοῖς τοῖς σῶμα νοοῦσιν,
ἀλλ' ὅσσοι γυμνῆτες ἄνω σπεύδουσι πρὸς ὕψος. [3])

Anima enim quae indomita cervice corpori servit, sive post sive ante mortem corporis vel amorem vel desiderium non patitur et nuda ad patrem ascendit. (Cf. Herm. trism. ap. Stob. I 194,14. 274,4, maxime 17: δεῖ γάρ σε, ὦ τέκνον, πρῶτον τὸ σῶμα πρὸ τοῦ τέλους ἐγκαταλεῖψαι καὶ νικῆσαι τὸν ἐναγώνιον βίον καὶ νικήσαντα οὕτως ἀνελθεῖν. — His omnibus observatis suapte vi ad salutem pervenit anima. Procl. in remp. 61,26 S.: ψυχὴν ἔχων σώματος ὑπερορῶσαν καὶ πρὸς τὸ ἄνω βλέπειν ἐπιτηδείαν καὶ δι' ἐξῆς ἀλκῆς κατὰ τὸ λόγιον χωριζομένην τῶν ὑλικῶν ὀργάνων; ib. 20,5 P. in Alc. 463,7.

Sed accuratius definitum erat, qua potissimum via reditus ad patrem quaerendus esset animae. Nam etsi omnis hic mun-

[1]) Cf. in remp. 352,54 B.: τῶν τρικυμιῶν τῶν τὰς ψυχὰς βαπτιζουσῶν (Plat. pol. V 472a, Euthyd. 293a), in Tim. 36c. Herm. trism. 100,15: σώματος γὰρ συνθέτου ὥσπερ χυμοὶ ζέουσιν ἥ τε λύπη καὶ ἡ ἡδονή, εἰς ἃς ἐμβᾶσα ἡ ψυχὴ βαπτίζεται; ap. Stob. I 461,11: εἰ δὴ ταῦτα πάσχουσι σαρκὶ καὶ αἵματι βεβαπτισμέναι.

[2]) Psell. 1141d. φῶς et ἔνθ' codd., corruptelas in Vv obvias non affero. πολλάς (cf. Kaibel ep. 288,4) ob exc. Vat. 192,13 scribere nolui (cf. IGS 940,4); ad ἑσσαμένη cf. p. 25 v. 2. 51 v. 1. Cf. Iambl. de myst. 82,12: τοὺς δ' ἐπὶ τὸ πῦρ σπεύδοντας κατέχει περὶ τὸν τῇδε τόπον (daemonum praesentia, cf. p. 44).

[3]) Procl. in Crat. 93,5 ubi v. 1 γάρ ἐστιν. In νοοῦσιν (= τὰ τοῦ σώματος φρονοῦσιν) offendere nolui. — Cf. in Alc. 433,16. 465,10 de mal. subs. 2225,3.

dus contemptus et perniciosus erat, tamen id elementum, quod divinae materiae imaginem exhibebat, magni aestimabatur et salubre habebatur[1]):

τῷ πυρὶ γὰρ βροτὸς ἐμπελάσας θεόθεν φάος ἕξει

Procl. in Tim. 65[b]; ib. 331[b]: τὸ δὲ μέγιστον ... ἡ τελεστικὴ συμβάλλεται διὰ τοῦ θείου πυρὸς ἀφανίζουσα τὰς ἐκ τῆς γενέσεως ἁπάσας κηλῖδας, ὡς τὰ λόγια διδάσκει.[2]) Qua in re angeli adiutores fuisse videntur, Procl. exc. Vat. 192,13: ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων μερὶς πῶς ἀνάγει ψυχήν; φέγγουσα, φησί, πυρὶ[3]) τὴν ψυχήν, τουτέστι περιλάμπουσα αὐτὴν πανταχόθεν ... καὶ ἀμιγῆ ποιεῖ πρὸς τὴν ὕλην τῷ θερμῷ πνεύματι κουφίζουσα. in remp. 89,8 S.: διὰ μέσων τῶν ἀποκοπτικῶν ἀγγέλων τῆς ὑλικῆς ζωῆς καὶ τοῦ ἡγεμόνος αὐτῶν τοῦ τῆς τμήσεως ἐξάρχοντος, ὡς τὸ λόγιον εἴρηκεν· εἶναι γάρ τινα τμήσεως ἀγὸν τῶν ἐκτεμνόντων τὴν ὕλην ἀπὸ τῶν ψυχῶν ἀγγέλων, ubi de veritate interpretationis dubito, in versu τμήσιος fuisse non est quod moneam. Procliana an Chaldaica tradat Psell. hyp. 22 nescio: καὶ ἔστι τοῖς μὲν θεοῖς οἰκειότερον τὸ ἀγγελικόν, ὃ δὴ καὶ πρὸς τὰς παρεδρείας σύστοιχον καὶ μέχρι τινὸς ἀνάγον τὰς ψυχάς, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τὸν κόσμον. Ad eosdem forsitan revocandum sit oraculum corruptum:

ψυχῆς ἐξωστῆρες †ἀνάπνοες εὔλυτοί εἰσιν.

Psell. 1144[c] (ἀνάπνοοι V[1], corr. m[2]), qui idem legisse videtur; probabilem emendationem non inveni; ad eosdem fortasse verba quae ex oraculis petita videntur ap. Procl. th. pl. 118,11: καὶ τὴν ὠδῖνα τῶν ψυχῶν ... τελεωσαμένη καὶ τὸν ἐν αὐταῖς ἀνάψασα πυρσόν; in Alc. 472,9: καὶ τοὺς πυρσοὺς ἀνάπτουσα τοὺς ἀναγωγούς. — Sed ut ad ignem revertamur, dicitur:

πάντοθεν ἀπλάστῳ ψυχῇ πυρὸς ἡνία τεῖνον

Psell. 1133[c], ubi mentis vice fungitur ignis.[4]) Similia sunt haec:

---

[1]) Haec omnia ad ipsam pertinent animam; ὄχημα luce aeris, lunae, solis purgari et attrahi vidimus p. 47. Iambl. ap. Stob. I 455,1: ὡς δ' οἱ ἀρχαιότεροι διατείνονται (animae κρίσις, δίκη, κάθαρσις perficitur) ὑπὸ τῶν ἐμφανῶν θεῶν καὶ μάλιστα δὴ πάντων ἡλίου. Iulian. or. V 172[a] τὰς ἀναγωγοὺς ἀκτῖνας ἡλίου.

[2]) Procl. in Crat. 76,8: ὥσπερ ἐν τῷ παντὶ καθαίρουσι μὲν καὶ ἄγγελοι τὰς ψυχὰς ἀποτέμνοντες (ἀποπέμποντες ed.) τὰς ἐκ τῆς γενέσεως κηλῖδας. in Alc. 357,32. Purgandi vim in igni inesse vetusta est Graecorum opinio: Rohde 29[4]. 393[1].

[3]) φερ' φησὶ περὶ V; φερομένη legit Pitra perperam, φαίνουσα Iahn. Sed ignis mentio necessaria. Cf. Procl. hymn. 5,2 ἀναγώγιον ἁψάμενοι πῦρ.

[4]) Pro ἀπλάστῳ malim εὐπλάγκτῳ. — Cf. Plat. Phaedr. 247[c] ψυχῆς οὖσα

ἐκτείνας πύριον νοῦν
ἔργον ἐπ' εὐσεβίας ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις

Psell. 1140ᵇ (πυρινὸν v, εὐσεβείας P et ex — ·ης ut vid. v); de corpore servando p. 60 s.

Quae autem mundum intelligibilem cognovit anima, fati dominationem effugit et ita cum deo coniungitur, ut divinum ignem sorbeat. Procl. in Tim. 321ᵃ διὸ καὶ νοήσασαι τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς (p. 25, 37)

μοίρης †εἱμαρμένης τὸ πτερὸν φεύγουσιν ἀναιδές.

ὥς φησι τὸ λόγιον·

ἐν δὲ θεῷ κεῖνται πυρσοὺς ἕλκουσαι ἀκμαίους
ἐκ πατρόθεν κατιόντας, ἀφ' ὧν ψυχὴ κατιόντων
ἐμπυρίων δρέπεται καρπῶν ψυχοτρόφον ἄνθος.¹)

Simillimi loci, nisi res me fallit, paraphrasin dat suis admixtis Procl. exc. Vat. 193,12: ὕμνον οὖν τῷ θεῷ τοῦτον ἀναθῶμεν, τὴν εἰς αὐτὸν ἐξομοίωσιν καταλίπωμεν τὴν (γῆν V) ῥέουσαν οὐσίαν, ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν ἀληθῆ σκοπόν· γνωρίσωμεν τὸν δεσπότην, ἀγαπήσωμεν τὸν πατέρα· καλοῦντι πεισθῶμεν, τῷ θερμῷ προσδράμωμεν τὸ ψυχρὸν ἐκφυγόντες· πῦρ γενώμεθα, διὰ πυρὸς ὁδεύσωμεν. ἔχομεν εὔλυτον ὁδὸν εἰς ἀνέλευσιν· πατὴρ ὁδηγεῖ πυρὸς ὁδοὺς ἀναπτύξας (-ξασθαι V edd.), μὴ ταπεινὸν ἐκ λήθης ῥεύσωμεν χεῦμα. Cf. Iambl. de myst. 81,14; de hymno quem ascendentes cantant animae — solita haec beatorum delectatio: Dieterich Nekyia 36 s. — Olymp. in Phaed. 208,25: διὸ καὶ τὸ λόγιόν φησι τὰς ψυχὰς ἀναγομένας τὸν παιᾶνα ᾄδειν. 171,14: μήποτε δὲ κατὰ τὸ λόγιον αὐτὸς τὸν παιᾶνα ᾄδων βούλεται ἀναδραμεῖν εἰς τὰς οἰκείας ἀρχάς. Cf. Procl. th. pl. 110,1.²)

κυβερνήτῃ μόνῳ θεατὴ νῷ. Philo leg. all. III 40 ἑκάτερον (θυμὸν et ἐπιθυμίαν) ἐπιστομίζει ἡνίοχον καὶ κυβερνήτην ἐφιστὰς τὸν λόγον. Plut. de facie 28,9 etc.

¹) De prov. 164,26: *„quicunque autem patris opera intelligentes reverendi fiunt, sortis fatalem alam effugiunt.“* Aliam igitur lectionem habuisse videtur Guilelmus de Moerbeka; εἱμαρτὸν πτ. ἐκφεύγουσιν (at cf. p. 23 v. 2) facile occurrit. V. 2 citant Olymp. in Phaed. 96,14. Simpl. in categ. 85ᵛ 16 (cf. Plotin. IV 8,1: καὶ τῷ θεῷ εἰς ταὐτὸν γεγενημένος καὶ ἐν αὐτῷ ἱδρυθείς). Ad v. 4 cf. Procl. in Tim. 264ᵇ πληροῖ δὲ τὰς ψυχὰς τῶν ἐμπυρίων καρπῶν. Jahn 13. Hi versus obversari videntur Proclo exc. Vat. 192,20.

²) Obscurius loquitur Psell. 1153ᵃ ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λεγόμενον θάνατον ἐν ὅλοις τοῖς τοῦ κόσμου μερίσι, τινὰς δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι. Latere possunt multa, velut opinio de animis stellas habitantibus: Rohde 423¹,610¹ (p. 20).

Sed paululum subsistamus. Iam enim perspicuum est poetastrum non propterea sua alienave placita ad philosophiam religionemque pertinentia numeris inclusisse, ut legentium animos delectaret, sed ut ignis cultum commendaret. Quodsi diligentius rimamur, etiam plura cultus mysteriorumque vestigia deprehendimus. Procl. in Crat. 72,6: καὶ γὰρ τὰ λόγια περὶ ἐκείνων ὡς ἀφθέγκτων ἐνεδείξατο καὶ προσέθηκε τό σῖγ' ἔχε, μύστα. Non sine causa igitur de mystagogia loquitur Procl. in remp. 380,5 B. scribitque in Tim. 322ᵈ: κατὰ τὴν θεῶν αὐτῶν φήμην, ἣν τοῖς ἑαυτῶν μύσταις παρέδοσαν. Sacerdoti praescribitur:

αὐτὸς δ' ἐν πρώτοις ἱερεὺς πυρὸς ἔργα κυβερνῶν
κύματι ῥαινέσθω παγερῷ βαρυηχέος ἅλμης.

Procl. in Crat. 102,26: διὸ καὶ ὁ θεουργὸς ὁ τῆς τελετῆς τούτου (Apollinis) προκαθηγούμενος ἀπὸ τῶν καθάρσεων ἄρχεται καὶ τῶν περιρράνσεων· αὐτὸς κτέ., ὥς φησι τὸ λόγιον περὶ αὐτοῦ. in Alc. 293,19. Cf. Lobeck Agl. 111, Rohde 362¹. De Apolline quod loquitur Proclus, sic explico, ut eum ignis opera ad Solis cultum rettulisse existimem. Accedit quod ignis opera redeunt in fragmento, quod ob ὀχετούς huius carminis esse constat. Procl. in remp. 399,33: κατά τινα ἕνωσιν ἄρρητον εἰς ταὐτὸν ἄγουσα τῷ πληροῦντι τὸ πληρούμενον, καὶ τὸ μὲν ἀΰλως καὶ ἀναφῶς ὑποστρωννύουσα πρὸς τὴν ἔλλαμψιν, τὸ δὲ προκαλουμένη πρὸς τὴν μετάδοσιν τοῦ φωτός·

μιγνυμένων δ' ὀχετῶν πυρὸς ἀφθίτου ἔργα τελοῦσα

κατὰ τὸ λόγιον. Viae igitur esse videntur ὀχετοί a deo ad mundum et a mundo ad deum ducentes, cf. p. 35. — De mysteriis agitur etiam eis versibus quos Proclus tradit in Alc. 340,6: διὸ καὶ οἱ θεοὶ παρακελεύονται μὴ πρότερον εἰς ἐκείνους βλέπειν, πρὶν ταῖς ἀπὸ τῶν τελετῶν φραχθῶμεν δυνάμεσιν·

οὐ γὰρ χρὴ κείνους σε βλέπειν, πρὶν σῶμα τελεσθῇς·

καὶ διὰ τοῦτο τὰ λόγια προστίθησιν, ὅτι

τὰς ψυχὰς θέλγοντες ἀεὶ τελετῶν ἀπάγουσιν.

Hoc autem de pravis daemonibus dictum esse ex eis colligitur, quae supra p. 44 exposuimus.

Siquidem de hac re dubitari iam non potest, ultra progredi audeo. His enim mysteriis non solum id effici credebatur, ut mortuorum animae, dum ab omni labe purae mansissent, redirent unde degressae erant et trans mundum divina aspicerent vel potius agnoscerent, sed etiam ut vivi videntesque homines,

si omnibus modis se parassent, deos minores[1]) — fortasse angelos tantum et daemones: cf. Aug. civ. dei X 26 (p. 45) — conspicerent formis corporeis indutos a vera eorum natura alienis. De praeparationibus ad theophanias necessariis loquitur Procl. in Parm. 990,27: καὶ γὰρ ἐπὶ θεωρίας καὶ ἐπὶ τελεστικῆς [καὶ] τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν ἀσφαλῆ καὶ ἄπταιστον ἡμῖν τὴν ἄνοδον, ἡ ἐν τάξει πρόοδος· ὡς γοῦν φησι καὶ τὸ λόγιον.

οὐδενὸς εἵνεκεν ἄλλου ἀποστρέφεται θεὸς ἄνδρα
καὶ ζώσῃ δυνάμει κενεὰς ἔπι πέμπει ἀταρπούς.

ὡς ὅταν ἀτάκτως καὶ πλημμελῶς ἐπὶ τὰ θειότατα τῶν θεωρημάτων ἢ τῶν ἔργων . . . ποιησώμεθα τὴν ἄνοδον i. e. nisi praescripta per varios gradus via incedimus. Cetera igitur omnia, quae qualia fuerint docent papyri magicae (Dieterich Abr. 157[7]), praecessit deorum recta cognitio. Procl. in Tim. 65[b]: ad deos accedere non licet nisi natura eorum perspecta, διὸ καὶ τὸ λόγιον τὴν πυριθαλπῆ ἔννοιαν πρωτίστην ἔχειν τάξιν ἐν τῇ ἱερᾷ θρησκείᾳ παρεκελεύσατο. Praeterea intento et veloci ingenio opus erat theurgo:

δηθύνοντι βροτῷ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθουσιν

Procl. in Tim. 65[d], a quo proxime abest hoc:

ἔκλυσίς ἐστι θεοῦ νωθρὸς βροτὸς † ἐς τάδ' ἔχων

Procl. in Parm. 1094,27: λύειν enim de deorum excitatorum dimissione proprium est, cf. Dam. II 95,15: ἐπεὶ καὶ τὸ ὄργανον (iynx) εἴσω μὲν στρεφόμενον προκαλεῖται θεούς, ἔξω δὲ ἀπολύει τοὺς κληθέντας. Porph. de orac. philos. p. 162 ss., ubi sollemne λύειν. ἐκλύειν, ἀπόλυσις, ind. pap. Wessely s. v. ἀπόλυσις pap. Londin. 121,445 ἵνα ὅτε θέλεις ἐκλύσῃς. Cf. 178. 341. 804. — Corpora hominum gratia induunt di. Procl. in remp. 81,8 P.: ταῦτα καὶ τῶν θεῶν εἰπόντων πρὸς τοὺς θεουργούς· ἀσωμάτων γὰρ ὄντων, φασίν, ἡμῶν

σώματα τοῖς αὐτόπτοις φάσμασιν ὑμῶν
εἵνεκεν ἐνδέδεται.[2])

[1]) De Carpocratis asseclis Hippol. 402,17: τέχνας οὖν μαγικὰς ἐξεργάζονται καὶ ἐπαοιδάς, φίλτρα τε καὶ χαριτήσια, παρέδρους τε καὶ ὀνειροπόμπους καὶ τὰ λοιπὰ κακουργήματα, φάσκοντες ἐξουσίαν ἔχειν πρὸς τὸ κυριεύειν ἤδη τῶν ἀρχόντων καὶ ποιητῶν τοῦδε τοῦ κόσμου.

[2]) Cf. 80,39 P. 359,23 B.: δηλοῖ δὲ καὶ τὰ λόγια πρὸς τὸν θεουργὸν λέγοντα σαφῶς, ὅτι ἀσώματα μέν ἐστι τὰ θεῖα πάντα, σώματα δὲ αὐτοῖς ὑμῶν ἕνεκεν ἐνδέδεται, μὴ δυναμένων μετασχεῖν ἀσωμάτως τῶν ἀσωμάτων διὰ τὴν σωματικὴν εἰς ἣν

Fieri hoc contenderat Proclus in luce illa obscura oraculi (p. 31), cf. Simpl. in phys. 613,5: τοῦτο δὲ εἶναί φησι (τὸ φῶς) τὸ καὶ τὰς ἀϊδίους τῶν θεῶν λήξεις πρῶτον ὑποδεξάμενον καὶ τὰ αὐτοπτικὰ θεάματα ἐν ἑαυτῷ τοῖς ἀξίοις ἐκφαῖνον. ἐν τούτῳ γὰρ τὰ ἀτύπωτα τυποῦσθαί φησι κατὰ τὸ λόγιον. His adversatur Simpl. 616,18: τὸ δὲ τοὺς τύπους τῶν τε χαρακτήρων (p. 23) καὶ τῶν ἄλλων θείων φασμάτων ἐν τῷ τόπῳ φαίνεσθαι, μάλιστα μὲν οὐ πάνυ τι συμφωνεῖ τοῖς λογίοις ἐν τῷ αἰθέρι λέγουσιν αὐτὰ φαίνεσθαι ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ φωτί. quod ubi et quomodo traditum fuerit nescimus. Varias igitur personas eligunt di. Procl. in Crat. 34,28: διὸ καὶ παρακελεύονται οἱ θεοὶ νοεῖν μορφὴν φωτὸς προταθεῖσαν. Sed ignis dominatio hucusque patet, Procl. in remp. 380,5 B.: καὶ ταῦτα καὶ ἡ θεοπαράδοτος μυσταγωγία παραδίδωσι. ταῦτα γάρ (ad has formulas magicas cf. pap. Londin. 121,801 ταῦτα εἰπόντος ἐλεύσεται ὁ θεὸς Ἀπόλλων) φησιν, ἐπιφωνήσας ἢ παιδὶ κατόψῃ

πῦρ ἴκελον σκιρτηδὸν ἐπ' ἠέρος οἶδμα τιταῖνον
ἢ καὶ πῦρ ἀτύπωτον, ὅθεν φωνὴν προθέουσαν·
ἢ φῶς πλούσιον ἀμφὶ γύην ῥοιζαῖον ἑλιχθέν·
ἀλλὰ καὶ ἵππον ἰδεῖν φωτὸς πλέον ἀστράπτοντα
ἢ καὶ παῖδα θοοῖς νώτοις ἐποχούμενον ἵππου
ἔμπυρον ἢ χρυσῷ πεπυκασμένον ἢ πάλι γυμνόν,
ἢ καὶ τοξεύοντα καὶ ἑστηῶτ' ἐπὶ νώτοις,

καὶ ὅσα τούτοις ἐφεξῆς τὰ λόγια προστίθησιν.[1])

Simillimae indolis sunt quae Psellus affert 1133b:

πολλάκις ἢν λέξῃς μοι, ἀθρήσεις πάντ' ἀχλύοντα·
οὔτε γὰρ οὐράνιος κυρτὸς τότε φαίνεται ὄγκος,
ἀστέρες οὐ λάμπουσι, τὸ μήνης φῶς κεκάλυπται,
χθὼν οὐχ ἕστηκεν, φλέγεται δέ τε πάντα κεραυνοῖς.[2])

---

ἐνεκεντρίσθη τῇ φύσει: cf. Dam. I 162,15. ad Rom. 11, 17 ss. Clem. exc. Theod. 56. Synes. de ins. 138c φύσιν δὲ ἔχει (τὸ σῶμα) τὴν ἅπαξ ἐγκεκεντρισμένην εἰς αὐτὸ ψυχὴν ἢ ὁμορροθεῖν ἢ ἕλκειν ἢ ἕλκεσθαι.

[1]) Cf. in Crat. 40,12. Lobeck Agl. 106, cuius coniecturae haud necessariae. V. 1 ἶδμα Lob., at τιταίνειν intrans., ut Ψ 403. v. 3 πλησίον Gesner; ἀμφιχυθὲν Lob.

[2]) V. 1 ἀθρήσης (ει corr. in η m¹) V. λεχθῇ Pv. λέξῃς V λέοντα legit Ps., corr. Lobeck Agl. 104. — v. 2 οὐδὲ Lob. — v. 3 ἐκκαλύπ. Pv — 4 βλέπεται codd., corr. Lob. τε om. codd. — Non alienum videtur similem papyri Parisinae locum apponere, v. 692: ὄψει δὲ ἑστῶτας ἔνθα καὶ ἔνθα τῇ τάξει. ἀτένιζε τῷ ἀέρι καὶ ὄψῃ κατερχομένας ἀστραπὰς καὶ φῶτα μαρμαίροντα καὶ σειομένην τὴν γῆν καὶ κατερχόμενον θεὸν ὑπερμεγέθη, φωτινὴν ἔχοντα τὴν ὄψιν. Ibid.

et paulo infra 1136[b]:

> ἡνίκα <δὲ> βλέψῃς μορφῆς ἄτερ εὔιερον πῦρ
> λαμπόμενον σκιρτηδὸν ὅλου κατὰ βένθεα κόσμου,
> κλῦθι πυρὸς φωνήν.[1])

Naturam similem in modum invocare vetatur theurgus, nec magis gratus daemonis terreni aspectus, quippe qui mendax sit (p. 45):

> ἡνίκα δαίμονα δ' ἐρχόμενον πρόσγειον ἀθρήσῃς,
> θῦε λίθον μνούζιριν ἐπάδων.

Psell. 1148[b] (ἐπάδων scripsi pro ἐπαυδῶν: lapidem hunc cognitum non habeo neque incorruptam esse lectionem arbitror). Similiter pap. Londin. 121,700 πέμψον μοι τὸν ἀληθινὸν Ἀσκληπιὸν δίχα τινὸς ἀντιθέου πλανοδαίμονος. — In talibus evocationibus valuit: ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς Psell. 1132[c], quod quanti sit momenti intelleget qui papyros inspexerit (Londin. 122,20 οἶδά σου καὶ τὰ βαρβαρικὰ ὀνόματα). Ad figuras magicas (p. 23) pertinere videtur Procl. in Eucl. 129,6: διὸ καὶ τὰ λόγια τὰς γωνιακὰς συμβολὰς τῶν σχημάτων συνοχηΐδας ἀποκαλεῖ; detinebantur, ut opinor, quibusdam figuris di excitati.

Ut gnostici eis solis salutem plenam promiserunt, qui originis essent praestantissimae, hanc autem praestantiam eis potissimum tribuerunt, qui ipsorum in sectam recepti essent, ita Chaldaei et quarundam animarum singularem ortum et theurgorum sortem praecipuam celebrasse videntur. Quamquam dubium est num ex oraculis excerpti sint hi versus:

> ἦ κάλα δὴ κεῖναί γε μακάρταται ἔξοχα πασῶν
> ψυχάων ποτὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προχέονται·
> κεῖναι δ' ὄλβισταί τε καὶ οὐ φατὰ νήματ' ἔχουσαι,
> ὅσσαι ἀπ' αἰγλήεντος, ἄναξ, σέθεν ἠδὲ καὶ αὐτοῦ
> 5 ἐκ Διὸς ἐξεγένοντο μίτου κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.[2])

1106: μετὰ τὸ εἰπεῖν τρὶς καὶ ἀνάξαι (-ξας ed.) ἔφη, πάντα ἠχεῖ καὶ μεγίστην κίρκην ἔσω, τὸν δὲ λόγον οὐδαμοῦ φαινόμενον· τὸν δὲ θεὸν ἔφη κτλ. pap. Leid. W. p. 200,4 Diet.

[1]) ὅλου V ὅλον Pv. Hic commemorandum esset: ἃ νοῦς λέγει, τῷ νοεῖν δήπου λέγει Psell. 1145[b] (ἄνους v, ἀεὶ δὴ νοῦς V. — τῷ V, τὸ Pv), si vera esset quam addit interpretatio: deorum vox divina est, ab humana plane diversa et mentalis. Procli artificia agnoscis.

[2]) Synes. de ins. 151[c]; in v. 3 ὄλβιαι ed. Petav., in v. 4 malim ἠὲ καί. Non indignus est Synesius, qui accurate edatur. — Pythagorae anima est ἐξ Ἀπόλλωνος καταπταμένη Lucian. gall. 16.

